



Sammelbd

1,3d = voh : Kt 4065

G.

40 B

DISSERTATIO JURIDICA
POSTERIOR,
DE
**SEPULTURÆ
DENEGATIONE,**

Bon
Versagung des Begräbnusses/

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE ac DOMINO,
DOMINO FRIDERICO

WILHELMO,
REGNI PRUSSIÆ ELECTORATUS ET PROVIN-
CIARUM BRANDENBURGICARUM HEREDE, &c. &c. &c.
IN ILLUSTRI ALBERTINA,
CONSENSU AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ

PRO LOCO

PROFESSIONIS JURIS EXTRAORDINARIAE

solenni ventilationi subjicit

REINHOLDUS FRIDERICUS

SAHME,
J. U. D. & Profess. Publ.
RESPONDENTE

SIGISM. THEOD. BERENT,

Regiom. Boruss.

D.VIII. Maji A. cl 15 cc X. ab horâ VIII. ad XI. ante & I. ad IV. post merid.
REGIOVONTI iteris REUSNERIANIS.

DIGESTA MUNICIPALIS

COLLEGIOS

EDITIONIS
S. KIRILLI

ET S. BERYLLO

IN TYPIS MOSCOVIENSIBUS

DETINENTUR
IN LIBRIS UNIVERSITATIS

REGIA IMPERIALIS PETROPOLITANAE

ET LIBRARIIS MONASTERICIS

DETINENTUR
IN LIBRIS UNIVERSITATIS

REGIA IMPERIALIS PETROPOLITANAE

ET LIBRARIIS MONASTERICIS

DETINENTUR
IN LIBRIS UNIVERSITATIS

REGIA IMPERIALIS PETROPOLITANAE

ET LIBRARIIS MONASTERICIS

CAPUT III.

De

DENEGATIONE SEPVLTVRÆ HONESTÆ. SUMMARIA.

- I. Quid per sepulturam honestam intelligatur?
II. Sepulturæ caninæ seu asininae afficiuntur in reatu mortui.
III. Item Antocheires, sed cum distinctione.
IV. Honestæ sepultrura denegatur iis, qui non sunt in gremio Ecclesie, ubi de Hereticis.
V. De illis, qui alienæ Religioni sunt additæ.
VI. De Judeis, Paganis & aliis infidelibus.
VII. De Excommunicatis.
VIII. De impia, Verbi Divini & Sacramentorum contemptoribus.
IX. De his, qui in tormentis pereunt.
X. Qui in duellis occiduntur.
XI. De Usurpiis manifestis & Kipperis.
- XII. De Monachis proprietariis.
XIII. De his, qui panâ capitale sunt affecti.
XIV. An ii, qui in viis publicis mortui reperiuntur, honestè sepe- liendi?

XV. An peregrini & ignoti?
XVI. De illis qui casu fortuito & improviso interierunt.
XVII. An infantes nondum baptizati honestâ sepulturâ dignissimæ?
XVIII. An Pueræ?
XIX. An debitores, qui in obstatu moriuntur?
XX. De aliis ex Jure Pontifici remissive.
XXI. An ob pauperatem sepultura honesta deneganda?
XXII. An tempore pestis?

Quid per Denegationem Sepulturæ honestæ hic intelligamus? jam ex supra dictis constat; scil. quando quis absq; usitatis ceremoniis, vel in loco inhonesto extra cœmeterium, vel in loco cœmeterii remoto sepelitur. Quemadmodum vero denegatio sepulturae totalis maxima pars penæ indicium

F

diciunt exsistit; ita quoq; cum denegatione sepultura honesta ferè comparatum est. Inde insert Dni. Stryck. de jure funerandi cap. 5. §. 1. quod illa non ab Ecclesiastica sed Politica potestate dependeat, cum penam nemo infligat, nisi qui Jus cognoscendi de criminis commissio, illudq; puniendo habet; hoc vero non ad Ecclesiasticum sed Politicum judicium pertineat. Hinc quoq; manifestum est, nemini propriâ autoritate Jus competere aliquem honestâ sepulturâ privandi, sed superioris consensum desuper reqüirendum esse.

II. Cum autem sepultura in honesta vel si canina seu asinina, vel tantum ignominiosa; prius de illis dispiciendum, qui honestâ sepulturâ privantur & asinina afficiuntur. Inter hos statim sese offerunt, qui in reatu sunt mortui, i. e. qui de criminis quodam atrocí confessi & convicti ante sententiam ejusve executionem in custodia decedunt. Dixi notanter ante sententiam: Si enim post sententiam latam, vel saltem nondum publicatam moriuntur, etiam in mortuis poena executioni mandari solet, talesque delinquentes pro ratione parrati delicti totali sepulturâ privantur juxta §. 19. cap. præced. Ante sententiam vero in reatu mortui è carnifice è carcere extrahi & in loco quodam famoso penes furcam aut patibulum humani solent cœr ex præjudicio quodam Consistorii supremi in Saxonîa patet, quod sequentem in modum pronunciavit: Wir haben euren eingestellten Bericht, den in der Custodi versterbenen Mordbrenner belangend verlesen horen. Heraufstt an statt Ihrer Churfürstl. Durchl. unser Begehren, Ihr werdet gegen Abend oder morgen mit dem frühesten den Corp per durch den Schriftsteller hieraus unter den Galgen bringen und da selbß begraben lassen. vid. Carpzov. Jurispr. Consist. Lib. 2. def. 379. n. 12. Quodsi autem quis tantum suspectus de criminis, non tamen confessus vel convictus moriatur, vel si de corpore delicti planè non constet, canina sepultura non obtinet, sed honesta permittitur, moderatis tamen nonhunquam ceremoniis. Carpzov. loc. cit. def. 380.

III. Huc potrò referuntur Autocheires seu Propriicide. An interficito sui illo jure sit licita? jam non disputabimus: nemo fortassis prater Stoicos illam unquam defendit, ut ut ipse Seneca Lib. 18. controverst. 4. scribat: Homicida sui insipultus obiciatur. Quod de Jure Civili certis casibus sit licita, ex variis Legibus evincere conatur Finckelthaus.

ckelthaus de jure sepultura concl. 15. nec mirum, cum plurimi veterum
I Crorum fuerint Stoicæ se & ex addicti. Exempla quoque hanc in
rem Catonis, Brutii, Lucretiæ aliorumque nota sunt, unde colligitur
ἀνθρώποις apud Romanos non grande nefas fuisse: quin Tacitus
Lib. 6. Annal. memorat, quod illorum qui de se statuissent, & huma-
ta sint corpora, & testamenta firma manserint. Attamen Tarquinii
[num Prisci an Superbi?] Autores non conveniunt, tempore hæc
consuetudo primum infracta esse viderit: narrat enim Plinius Lib.
36. N. H. cap. 15. quod cum Tarquinius cloacas populum facere coe-
gisset, incertumq; esset an labor longior an periculosior? passim con-
citat næce. Quiritibus rædium fugientibus novum & inexcogitatum
antea posteaque remedium invenierit, ut omnium ita defundorum
corpora figerentur, spectanda simul civibus & feris volucibusque
dilaceranda. Sed & alia mortuiores Gentes Ius Naturæ hac in par-
te secura propriam cædem summeperè detestata sunt; inde Livius
ἀνθρώποις sadam mortem appellat Lib. 42 Histor. ac Virgilius informe-
lebum Lib. 12. Eneid. In primis autem Hebrei graviter in hujusmodi
proprietatis animadverterunt; testatur enim Josephus Lib. 3. de bel-
lo Iudaico cap. 25. quod planè insepulti fuerint abjecti. Græcis nou-
nunquam moris fuit cadavera propria dicatum amputati dextræ ab-
jicere, vid. Eschin. in Orat. conim Cresiphont. circa fin. Nostris ac pro-
pè universalibus Christianorum moribus receptum est, ut *αὐτοὶ οἱ Χριστιανοὶ*
honestâ sepulturâ priventur & caninâ afficiantur: atque id ipsum
jēm in Concilio Bracharensi constitutum esse patet ex c. 12. c. XXII. qv. 5. Elegantem quoque rationem suppeditat Grouus de J. B.
& P. Lib. 2. cap. 19. S. 5. quod scil. aliud supplicium in illos con-
stitui non possit, qui mortem pro suppliceo non habent. Atta-
men hæc omnia cum granō salis accipienda & juxta circumstan-
tias ritè dijudicanda sunt. Aut enim (1.) quis de crimine quo-
dam capitali atrociori confessus & conviclus ob metum supplicii
ad evitandam fortè infamiam & Magistratus animadversionem sibi
ipsi violentas infert manus; aut (2.) ex alia causa famosa &
minus laudabili, exturpi fortè avaritia, seu ob as alienum vel aliam
conscientiæ pravae notam mortem sibi accelerat; aut (3.) denique si-
ne quadam animi malitia ex furore, demencia, melancholia vel alia
impotentia mentis, lumine intellectus orbatus necem voluntariam

CAP. III. DE DENEGATIONE

sabit. *Primo casu*, in primis si sententia jam fuerit lata; totalem sepulture denegationem obtinere jam supra cap. 2. §. 19. observavimus, dum ejusmodi cadavera pro diversitate delicti vel concremantur, vel rotæ imponuntur, vel surcæ assiguntur. Inter milites tamen hoc supplicium in cadavera obtinere non videtur, licet seipso metu pœna vita privarint, sed tantum sepultura in honesta canina; ita enim disponitur in *Corpor. Jur. Milit. Brandenb.* tit. 3. Geschicht es aber daß einer des an Leib und Leben verklaget und gesänglich eingesezt wäre und könnte eines schweren Lasters, welches im Rechten confiscationem honorum mit sich führet überzeugt werden und aber aus Antrieb seines bösen Gewissens und aus Furcht der künftigen Strafe sich selber ums Leben gebracht so soll dessen Leithau von denen Hencfern an einen unehrlichen Ort begraben werden. *Secundum* autem casu sepulturæ honestæ denegatio regulariter obtinet, dum ita defunctorum cadavera à carnifice per fenestras dejecta, vel sub domus limine extracta in locum infamem & cadaveribus destinatum, Germ. Schind. Ucker. Schind. Ornb. ut plurimum prope patibulum projiciuntur & canino more humanantur. Ejusmodi sepulturam expressis verbis dictat *Jus Prutenicum Lib. 6. Tit. 5. a. n. S. 15.* his verbis: Da es sich zutrige daß einer entweder aus Verzweiflung, Furcht und Angst das Leben zeitlich Chr und Gut zu verlieren oder aus einer andern dergleichen Ursach, bösem Fürsatz und Gewissen sein selbst Todeschläger wärder und also seinen eigenen Leib und Seel schändlich verderbe; und er solche greuliche Misshatt aus boshaffigem Gemüth wie jetzt gedacht begienge / dem wird die gemeine Christliche Begräbniss billig denegaret / versagt und abgeschlagen. Und soll demnach gemeinen Brauch und Gewohnheit nach doch aufs Erkäntniss der Obrigkeit dessen todter Körper am Galgen hinaus begraben werden. *Jus Lubecense* ita disponit: Wer sich selbst ibdier / der soll in das Feld begraben werden *L. 4. tit. 9. art. 2. ubi per campum talem intelligi locum, in quo bestia demotrix excoriatur, die Schind. Gruben vell sub patibulo intelligi tradit *Mevius ad hunc locum rati. Conf. Carpzov. Jurisprud. Conf. Lib. 2. def. 376.** Neque immerito hoc ita introducitur est; præterquam enim quod ipsi autochires hac ratione quodammodo

dammōdo pœna afficiantur maleficij, quod in propriam personam, homicidium nempe committendo patrarunt, ali quoque à tali facinore sunt deterrendi; Reipublica namque interest, ne civibus a hominibus hoc modo spoliatur. Sed nec hodie semper hæc canina sepultura obtinere solet, dum propria dicarum cadavera haud raro non sub patibulo, sed in loco peculiari vel extra cœmeterium, vel quandoque in cœmeterio, separato tamen angulō humanantur, ceu ex variis præjudicis à Carpzov. loc. all. n. 13. 15. 16. allatis patet. Quin & illos, qui in ebrietate sibi ipsis manus violentas inferunt à Sepultura. Ecce si asta indistinctè non esse arcendos, asserit Balth. Gomez. in ir. de potestate hominis in seipsum L. 1. c. 22. n. 17. sequ. vid. Fleinr. Bodinus in Disq. de jure circa ebrietatum cap. 4. n. 84. quod in primis obtinet, si circumstantia vel familiæ conditio id syadeant. Tertio tandem casu, si qui ex melancholia, furore vel impotentia mentis vitam sibi ademerunt, honesta sepultura privari non solent, neque etiam debent. Cum enim supra dictum, sepulturæ honestæ deneigationem pœnæ esse speciem, nemo non videt, illas personas pœnæ sibi iūci non posse, quia revera non deliquerunt: quia recte potius commiserationem merentur, præsertim si vita ante benæ acta testimonium adsit. Inde egregiè quoque hac in parte disponit Pr. Land R. Loc. alleg. his verbis: Jedoch mein sich jemand/ der mit Un-
sinnigkeit/ Dobsucht/ Verwirrung des Gemüths/ Gebrechen der Ver-
mufft/ schwerer Krankheit/ oder andrer Unmöglichkeit und Mangel
des Gemüths getrieben/ und schnell begriffen/ den Tod vor der
Zeit an sich brachte/ oder ihm antheile/ dem soll vorgedachte
Schmach nicht angerhan/ sondern der Körper ob er gleich
umbkommen/ NB. zur Christlichen Begräbnis gebracht wer-
den. De ceremoniis tamen aliquid remittendum esse putat
Carpzov. l. o. def. 377 n. 10. sequ. Verum & hoc iniquum vide-
tur, cum talis remissio ceremoniarum, quæ contra communem
consuetudinem sit, jam aliquid duri involvat; quæcunque tota-
rem Principis vel Confessoris dispositioni relinquimus; forte
etiam agnati superstites tristi hoc casu emergente magnam exe-
quiarum pompam non desiderabunt. Ceterum ad Autocheires quo-
que referunt nonnullos, Circumcelliones seu scitophoricos dictos qui a
more martyrii sibi ipsis vitam auferabant, ut violenter de hac

vita discedentes martyres nominarentur, v. d. c. 39. cap. XXIV. qu. 3. ubi in catalogo hæreticorum recensentur; his etiam honestam sepulturam denegandam esse assertit Wildvogel in *Diss. de eo quod iustum est circa concion. funebr.* cap. 4. §. 5. Sed tales homines hodie vix amplius reperiuntur.

IV. Plures forte qui caninâ vel asininâ sepulturâ regulariter afficiuntur, non occurunt: nonnunquam tamen in delictis frequentiorib[us] in aliorum terrorem obtinere solet. Quibus vero alias honesta sepultura denegatur, adhuc multi supersunt, de quibus jam videndum. Et initio quidem secundum Ius Canonicum omnibus eadem interdictum, qui non vivunt in gremio Ecclesie. Cum enim, ut in antecedentibus jam dictum, illo Jure Sepultura tota ad Ecclesiam referatur, sponte oīam sequitur, quod illius ii non sint participes, qui tanquam membra ad Ecclesiam non pertinent. Inter hos autem primò communiter collocant *Hæreticos*, cap. 8. X. de hereticis. Sed quinam sunt hæretici? Pontificii quemlibet religionis dissensum hæresin esse autumant: *Quamvis enim in can. 26. cap. XXIV. qu. 3.* differentia quædam inter hæresin & schisma constituatur, mox tamen additur: *ceterum nullum schisma non aliquam sibi configit hæresin, ut recte ab Ecclesia recessisse videatur.* add. c. 34. cap. XXIV. qu. 1. Nostrates illos dicunt hæreticos, qui in fundamentalibus fidei articulis errant, errorem pertinaciter defendunt, & proinde nec in Verbi auditu, nec in Sacramentorum communione cum verâ Ecclesiâ participant. B. Gerhard, *Loc. de morte* §. 90. Sed hic iterum non omnes conveniunt quinam & quot sint fundamentales fidei articuli: item: penes quem potestas sit cognoscendu[m], utrum quis sit hæreticus nec ne? Nobis in hac controversiâ inquire nec vacat, nec voluē est. *Quod vero sepulturam honestam hæreticis denegandam attinet, vereor,* ne tota hæres ex intemperantia ac tyrannie p[ro]Pontificiorum in conscientias originem traxerit. Sanè de Jure Civili R[oman]o aliud obtinet: ita enim Imperator Martianus in *L. o. C. de hereticis. Humanam* inquit. *& primum hoc arbitrari, hæreticos permitimus sepeliri LEGITIMIS SEPULCHRIS.* & paulò post: *Hæretici LEGITIMO MODO UT CÆTERI SEPELIUNTUR.* Neque ratione hæc dispositio defituitur: In confesso siquidem apud omnes est, sepulcræ honestæ denegatio.

nem

hinc est speciem poena, quis non nisi delinquensibus infangi potest.
 Quid autem haeretici deliquerunt in Rē publicam & ejusmodi scilicet
 intelligimus, qui nullas turbas vel seditiones simul excitarunt, quae
 les suo sensu abundare sinimus, neque suppicio quodam vivos af-
 fici cernimus: Si ergo in vita à poenā sunt immunes, cur post mor-
 tem eidem debent subjici? In primis urget celeberrimus Conringius
in Dīff. de Majestate civilis autoritatis & officiō circa sacra §. 122. quod
 inter se non pugnet haereticum esse ac simul bonum ac honestum ci-
 vati esse; quemadmodum ergo corpora civium in una eademque
 Rēpubl. pacifice ac honeste inter se vixerint, ita quoque eadem in
 unius codicemque loco honeste sepeliri possint. Non dossumus non,
 quin ipsa Conringii verba huc apponamus. Quoniam vero, inquit,
 ex his que hactenus disputavimus sole si clarius heresim aliquam ejus ordi-
 nis quia de nos agimus, neque vi, neque pena aliquā civili prosequendam, bant
 est etiam difficile iudicatio, num hereticis defunctis merito posse commune
 cimiterium denegari. Nimirum honesta sepultura debetur utique
 honestatem civilem obseruantibus: heresis autem non reluctatur illi honestas
 sit, itaque nec debent haeretici hoc honore privari. Jam vero, uti quidem
 nunc est mos Christianorum, non datur aliis locus honesti sepulchri, quam in
 cimiteriis eorum, qui in Ecclesiis communione vivant. Forte etiam non ex
 re est civitas, uti sola profissio fidei sepulchra distinguat. Quidni enim
 corpora civium uno loco condantur, qui vivi unius Rēpublice fuerunt
 membri? Detestanda igitur est Pontificiorum saevitia, qui in nonnullis
 locis adeo imprudenter rigidi sunt, ut Evangelicorum ex-
 uvias ne quidem in hortis vel pascuis suis terræ mandari per-
 mittant, adeo ut etiam Nobilium corporibus parcitum non fu-
 ille nonnemo deploret. Imo ab humanitate planè alienum est
 quod in *cap. 2. princ. de hereticis in bīo* habetur, scilicet quod illi, qui ha-
 ereticos, credentes, receptatores, defensores vel autores eorum sci-
 enter præsumperint Ecclesiasticæ tradere sepulturæ, usque ad satis-
 factionem idoneam excommunicationis sententiæ subjaceant; nec
 absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manib[us] publice
 extumulent & projiciant hujusmodi corpora damnatorum. conf.
 Illustr. Coccejus *in Disp. de jure circa hereticos §. 33.* ubi in fine addit,
 quod haec in extrema barbarie audita non fint. Indemnitus hac
 in parte senserunt nonnulli ex iporum Pontificiorum castris; ita-
 enim

enim Optatus Milevitanus *Lib. 6. contra Donatistas* scribit: *Quid refutem etiam illam impietatem, de vestra conjuratione venientem: quia ad hoc Basilikas mundare voluistis, ut vobis solis cōmeteria vindicetis, non permittentes sepeliri corpora Catholica; ut terreatis vivos, male tractatis & mortuos, negantes funeribus locum; si inter viventes fuerat certamen, odia vestra vel mors aliena compescat.* *Jam tacet, cum quod antea litigabas: quid insultas funeri? ceu refert eidemque stipulatur Besoldus in vit. & mort. consider Polit. Lib. 3. cap. 1. §. 2.* nescio tamen an idem Besoldus Pontificius factus tam moderatus manserit? *Quin imò fratres Puteani Lutheranis vitio vertunt, quod Agricolam, quòd nihil doctius, mortuum sepelire nolent, quia Pontificius manserat:* Plane Italum quendam scripsisse & horatum esse, ut sepelirent hominem Christianum; si modo vera sunt, quæ in *Scaligerianis* sub voce *Agricola* scribunt, hanc subjugentes Epicrisin: *Barbaries magna.* Et certè optandum foret, ut hujusmodi scandalosa exempla inter nostrates nullibi reperirentur, quale & hic in Prussia quondam contigisse testatur Hartknoch in *der Preussischen Kirchen-Historie Lib. 2. cap. 10. §. 16.* Interea tamen neque eo prolabimur, ut afferamus ita dictos Hæreticos eodem cultu divino hymnisqué iidem adhibitis, quibus de funeris beatus predicatur, esse humandos; nam præterquam quod ipsi hæretici talia non desiderabunt, neque necessarium est, ut quasi testimonium de illorum salute perhibeamus, ac nostris ritibus illorum doctrinam approbemus; sed hoc tantum intendimus, ne in locum inhonestum abjiciantur, vel more minus honesto tractentur.

V. In Imperio Römano-Germanico, prout trium illarum Religionum Pontificiaz, Lutheranæ. & Reformatæ liberum exercitium per Instrumentum Pacis est stabilitum, adeò ut nemo alterum hæretici titulo petere impunè possit; ita quoq; Jus Sepulturæ communè est in tantum, ut si forte Lutheranus vel Reformatus in loco Pontificio, vel vice versa Pontificius in loco Lutherano moriatur, honestè in illorum cōmeterio sit sepeliendus, quemadmodum hojus rei observantia Wezlariz ac in aliis locis quoq; advertere licuit: vid. *Instrument Pac. Cesareo Spec. art. 5. 5. sive autem 35. ibi: multo minus publicis*

cam-

cæmteris honoreve sepulture arceantur: ex quo loco Illustris Rhetius evincit, quod illi, qui Pontificiis vel Reformatis honestam sepulturam denegant, graviter contra hanc pacificationem delinquent in Dissert. de jure Statuum Imper. cap. 4. §. 15. add. Ejusdem Inst. Jur. publ. Lib. 2. tit. 1. §. 31. Inde nescio, annon nimis præceps sit consilium quorundam, qui alienz religioni addictis honestam sepulturam in totum admidunt. vid. Ludovic. Dunte in eas. Conscient. cap. 22. sect. 1. Quæst. 12. & 23. Alii distinguunt inter seductores & seductos, ita ut his honestam sepulturam concedant, illis verò denegent apud Dedekenum Volum. 1. Lib. 2. membr. 2. Sect. 8. num. 9, 10, 11, 14. add. Balduin. eas. Conscient. Lib. 4. cap. 11. cas. 5. Sed illa distinctio nimium videtur esse subtilis. Magis æquum est responsum Facultatis Wittebergenfis, quod reperitur in Consiliis Witteberg. part. 1. tit. 3. pag. 225. ubi ad Quæstionem propositam: Ob ein Apostata von der Lutherischen Lehr zu Pabstishen/ oder sonst ein Papist mit Christlichen Ceremonien zu begraben? inter alia ita respondet: An ihm selbst halten wir das für daß solche Fälle sich wol begeben können/ daß Papisten auf unsre Gottesacker/ wie auch hingegen auf ihres die Lutherischen können und müssen gelegert werden/ salvâ semper ingenuâ Religionis professione, wie theils vor diessem Kriege/ theils im Lande noch schwébenden Läufsten geschehen ist. Vermügens auch woll außgerichtete Verträge/ so sich auf den Religions-Frieden gründen/ da auch die/ so zur andern Religion treten/ keine infamiam incurriren/ auch pœnâ infamiz nicht können notirt werden; Aber die Ceremonien/ Gesänge und Seegen/ dadurch wir solche Leute seelig preisen/ werden ihnen billig versaget. Können hingegen andere Psalmen und Lieder gesungen werden/ daß also durch diesen sonderlichen Actum an einen Theil dem Ergerñs abgewehret/ als ob wir ihre Lehre billigten/ weil ihnen ja solche Ceremonien/ Psalmen und Segen abgeschnitten werden/ am andern Theil die opinio infamianis verhütet wird/ weil man sie nicht als verruchte Ubelthäter/ oder Unmenschē verlässt/ sondern auf genüsse Maß begraben läßt. Sed quid mirum talia à nostris non semper observari. cum & Pontificiū in ipso Imperio Rom. Germanicō expissime Protestantibus honestam hanc sepulturam denegent: quam frequenter enim conqueri audi-

mus Evangelicorum corpora caninò prorsus more tractari? In aliis regionibus ac regnis, quæ sub Papatu gemunt, adhuc duriora experuntur fata, ceu ex tragicis Italiae, Hispaniae, Gallie vicinæque Poloniae exemplis cuiilibet constat. Olim equidem in Gallia persaliberrimum Edictum Nanticum Reformati honesta sepulturæ erant capaces, dum propria iis cœmeteria concedebantur, quemadmodum **ex artic. 28.** illius Edicti colligere licet, ubi hæc habentur verba: *Ordonnons pour l'enterrement des morts de ceux de la dite Religion, par toutes les villes & lieux de ce Royaume, qu'il leur sera pourveu promptement en chacun lieu par nos Officiers & Magistrats, & par les Commissaires que nous députerons à l'execution de nostre présent Edict, d'une place la plus commode que faire se pourra. Et les Cemetieries qu'ils avoient par ci devant, & dont ils ont été privés à l'occasion des troubles leur seront rendus; Et paulo post: Enjoignons tres expressément à nos dits Officiers de tenir la main, à ce qu'ausauts enterremens il ne se commette aucun scandale &c.* vid. P. Matthieu *Histoire de Henry IV.* Liv. II. p. 226. Verum post fataliem persecutionem res in alium devenit statum, ut nec illis hodie, qui peregrinationis causâ ibidem morantur & obeunt, locus honestus in illorum cœmeterii assignetur: Ubi Protestantibus vitio vertinequit, si in suis ditionibus jure retorsionis seu talionis adversus Pontificios utantur; Nisi forte pietas Christiana aliud svaderet.

VI. Quid vero de illis dicendum, qui aliis sectis sunt addicti, item de Judæis, Paganis, Ethnicis, Turcis & aliis ejusmodi fuisfuri homuncionibus, num & hi honesta sepulturæ afficiendi? Indistinctè hoc affirmare videtur Petr. Müller. *in not. ad Struv. Synt. Jur. Civ. tit. de Religio.* & sumt. fun. ibi. 82. ut. (y) ita scribens: Plane præter Religionis in Imperio nostrō liberis aliis sectis addicti nec ipsi à jure sepulturæ exjure gentium debitâ arcentur, solennitates tamen temperantur pro re nata, & ex arbitrio judicis ecclesiastici. Ego distingvendum hic putō (1) an tales homines in Republica tolerentur nec ne? (2) si non tolerentur, an clanculum ibi ad vitam sustentandam substiterint, num vero ex accidenti, forte officii vel peregrinationis causa ibidem morati diem supremum obierint? Priori casu vivi fuerint tolerati, necq; pro in honestis in Republ. habitu sunt, nulla appetatio, quare mortuis honesta sepulturæ sit deneganda? Hoc tamē non

non asserimus, ac si infidelium cadavera in cœmeteriis Christianorum humati debeat, sed quod in peculiari loco, honestò tamen, ac more honestò possint sepeliri. Hinc Judæis hujus loci ante aliquot annos ex speciali Serenissimi Regis nostri clementia peculiarem locum ad humandos suos mortuos assignatum esse novimus. Posteriori casu si non tolerentur vivi, neque juris sepulturæ erunt post mortem participes. Si verò denique tanquam peregrini in officio constituti moriantur, honesta sepultura iis non erit deneganda, modò tamen paulò ante dictō. Sic cum aliquando Amstelodami Legatus Tartaricus mortuus esset, in cœmitorio Judæorum duobus milliaribus ab urbe sepultus fuit referente Schiltero Exercit. ad ff. 21. th. 32. Imò Meteranus Lib. 23. ann. 1601 p. 165. narrat, quod cum in eunte superiori seculò Rex Summatræ Mahomedanus Legatos ad Mauritium Principem mitteret, & primariū illorum Mittelburgi fato functus esset, honorificè fuerit sepultus, & quidem in cœmitorio Christianorum, cuius den alten Kirchhoff. add. Petr. Müller. in not. ad Struv. Syntagm. l. c.

VII. Inter illos, qui non vivunt in gremiō Ecclesiæ, referuntur porro *Excommunicati*, seu ii, qui vel à totò corpore Ecclesiæ & cœtu fideliū sunt abscessi, vel tantum à perceptione Sacramentorum sunt exclusi; prior species excommunicatio major, posterior vero excommunicatio minor dicitur cap. pen. X. de Sentent. excommunicatis. His igitur etiam honesta sepultura denegatur cap. 5. X. de privil. cap. 12. X. de Sepult. Clement. 1. de Sepultur. licet tantum interdicti & denunciati i.e. suspensi ab ingressu Ecclesiæ sint dicti. Clem. 1. de Sepultur. in primis tamen si manserint pertinaces, neque ante mortem Ecclesiæ fuerint reconciliati cap. fin. X. de Sepult. cap. 5. X. de raptor. Rationem hujus dispositionis suppeditat Pontifex Innocent. III. in cap. 12. X. de sepult. ubi ita loquitur: *Sacris est canonibus institutum, ut quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis. Et ut careant Ecclesiasticis Sepulchris, qui prius erant ab Ecclesiasticâ unitate precessi.* add. Finkelth. de Jure Sepulture concl. 13. lit. d. Imò eousque rigor Juris Canonici sese extendit, ut si forte contingat, quod excommunicatorum corpora vel per violentiam aliquorum, vel alio casu in cœmitorio Ecclesiasticō tumulentur, rursus exhumari & procul ab Ecclesiasticâ se-

pulturā jactari debeant, ubi tantam distantiam Glossa hic requiri-
ut voces clericorum cantantium inde non possint exaudiri: modò
tamen ab aliorum corporibus discerni possint. d. cap. 12. X. de Sepult.
quod inhumanum & à Religione prorsus alienum pronunciat Zieg-
lerus in Comment. ad Lancelott. Inß. Lib. 2. tit. 24. §. 10. In nostris
Ecclesiis utut Excommunicatio rarius dictetur, non tamen est ab-
rogata, vid. Schilter Inß. Jur. Canon. L 2. tit. 5. inde si talis fortè e-
merget casus, ut persona excommunicata absque pénitentia mo-
riatur, minus honestè foret sepelienda quemadmodum expresse di-
sponitur in Ordinat. Eccles. Saxon. art. gen. 11. §. Im fall do die ex-
communicirte Person ohne Besserung aus diesem Leben abschiede / so
soll das Pfarr. Volk nicht bei dem Begräbniß seyn / sondern sie ohne
gebührliche Ceremonien durch die bestellten Todtengräber doch außer-
halb des Kirchhofes / als ein abgeschnittenes Glied der H. Christlichen
Kirchen vergraben lassen. vid. tamen quæ contra excommunicatio-
nis pœnam disputat Titius in der Probe des Deutschen Geistli-
chen Rechts Lib. 3. cap. 6. §. 16. seq.

IX. His ulterius annumerantur impii, Verbi Divini & Sacra-
mentorum contemptores, ceu colligitur ex cap. 11. X. de pénitent. &
remission, quamvis enim impietas erga DEUM non semper pœnis hu-
manis coérceatur, non tamen iniquum est, ut inter piorum & im-
piorum corpora aliqua constituantur differentia, ne simili honore af-
ficiantur; Nam præterquam ipse DEUS jam in V. T. impenitenti-
bus ac impiis sepulturam honestam denegat, ceu ex exemplis Jero-
beam i. Reg. XIV. n. Prophetæ illius, qui contra DEI mandatum
cum alio Prophetæ ederat, 1. Reg. XIII. 22. ibi: so soll dein Leichnam
nicht in deiner Väter Grab kommen/ aliorumque pater; etiam cum
abusu nominis Divini conjunctum esset, si Verbum DEI in cancile-
nis & funebris concionib[us] comprehensum ad sepulturam tali-
um cohonestandam adhiberetur, qui fuerunt verbi contemptores
& illusores: vid. Dunte Cas. Conscient. cap. 22. sect. 1. Qu. 12. & 13. De-
dekkenn. Consil. Vol. 1. Lib. 2. membr. 2. sect. 8. n. 8. Hinc B. Lutherus
cuidam quærenti: Wie soll ich mich halten/ wenn ich in meiner Kir-
che den Leute finde/ die in zwanzig Jahren/ oder sonst eine lange Zeit nicht
seyn zum Sacrament gegangen? intrepidè respondit: Man lasse sie zum
Teuffel

Deuffel fahren; und wenn sie also sterben/ so lege man sie auff den Schindelich. in *Colloq. mensal* pag. 164. add. Carpzov. *Jurisprud. Consistor. Lib. 2. Tit. 24. def 372.* ubi quoque præjudicium. Hæc tamen non aliter procedunt, quam si impietas illa sit notoria, pertinax, neque illa pœnitentia sequatur. Jus Canonicum hanc dene-gationem sepulturæ honestæ ad illos quoque extendit, qui semel in anno non communicant *cap. 12. X. de pœnitent. & remission.* quod tamen in nostris Ecclesiis non attenditur. Magis ad hanc classem pertinent blasphemati pœnitentes *cap. 2. X. de maledic.* qui pro ratione circumstantiarum hodie etiam solent capitaliter puniri. Im-piis quoque hoc in passu ebriosos & qui in ebrietate mortui sunt annumerat Bechmann. *ad tit. ff. de mortuo inser. n. 18.*

IX. Post illos, qui in gremio Ecclesiae non sunt, adhuc alii se-quantur, qui sepulturæ minus honestæ afficiuntur, ubi in jure Ca-nonico statim se offerunt ii, qui in *Torneamentis vulgo dente Turmies-ren perierunt.* Hoc vero non de quibuslibet torneamentis est intelli-gendum, sed tantum de illicitis, quæ non virtutis sed lucri ac qua-estus gratiæ instituuntur, dum milites ad ostentationem virium sua-rum & audaciae temere congregantur, unde mortes hominum & ani-marum pericula sèpè proveniunt, qualia Pontifex in specie prohibuit in *cap. 1. X. de torneament.* ac in iisdem pereuntibus honestam-sepulturam interdixit. Seçus autem obtinet in torneamentis licitis; in his enim primariò virtus militaris spectatur, hinc etiam pro li-citis habent à Joh. XXII. Pontifice in *Exinayag.* *cap. un. de torna-ment.* Ut ut ergo in his quidam interierit, honesta tamen sepultura idcirco nou caret, dum nulla culpa imputari potest ei, qui huic ex-ercitio deditus casu improviso perit. Ad priorem speciem Doctores communiter etiam referunt illos, qui solius lucri causa in pugna cum bestiis descendunt, quoniam talis pugna magis temeritatem quam fortitudinem præ se ferre videtur. vid. Carpzov. loc. cit. def. 281. n. 9.

X. Sed ejusmodi torneamenta hodie vix ac ne vix quidem sunt in usu; inde potius de illis dispiciamus, qui in duellis feralem mortem subierunt. Jam olim autem honestam sepulturam his denegatam esse reperimus; ita enim jam in *Concilio Valent.* quod tempore Lotharii Imperatoris Aº 855 Benedicte III. Papæ celebratum fuit, *cap. 12. i. consti-tutum*

cutum: Et quia ejusmodi juramentorum imò perjuriorum contentionis
 etiam usque ad armorum certamina solet prorumpi, & crudelissimò pene
 elaculo effunditur crux belli in pace, statuimus juxta antiquam Ecclesi-
 stice observationis morem, ut quicunque non iniqua & Christiana pa-
 ci inimicā pugnā alterum occiderit, velut homicida nequissimus & latro
 cruentus ab Ecclesiā & omnium fidelium ceterū separatus ad agendam le-
 gitimam penitentiam modis omnibus compellatur. Ille vero, qui occisus
 fuerit, tanquam sui homicida, & propria mortis spontaneus appetitor, à
 Dominicæ oblationis commemoratione habeatur alienus; NEC CADA-
 VÉR EJUS JUXTA SANCTORUM CANONUM DECRETUM
 CUM PSALMIS VEL ORATIONIBUS AD SEPULTURAM DE-
 DUCATUR. Quod concilium reperitur sub tom. 3. concil. general.
 & special. pag. 891. Idem postea repetitum in Concilio Tridentino Sessi. 25. cap. 19. ibi: Et si in ipso conflitu decesserint, perpetuò ca-
 reant Ecclesiasticā Sepulchra, vid. Aug. Vischer de duello proviso, pag. m.
 43. seqv. Illustrē hujus denegationis exemplum occurrit in Histo-
 riā Gallicanā in D. Philippin, fratre Ducis Sabaudie, qui à Domino
 de Crequi anno 1599, fatali duello erat pretempus: de quo supra
 laudatus P. Matthieu *Histoire de Henry IV.* Liu. 2. pag. 316. ita scribit:
 D. Philippin, fut importé au logis. Les Religieux de Pierre-Chastel lui
 refusèrent la sépulture selon les saintes constitutions de la police de l'Eglise,
 qui estime ceux qui meurent en cette sorte decesserent & meurtriers d'eux mê-
 mes, & faire passer la peine après la mort, pour faire que la honte qui les
 poursuit dans le tombeau les detourne de cette licence. Verum ejusmodi
 peccatum alios à pruritu duellandi vix deterruit, addit enim modo di-
 cetus Matthieu: Mais ni la défense de l'Eglise, ni celle du Roy, ni la priva-
 tion de la sépulture, ni la crainte de la perte des biens, n'a pu empêcher cette
 étrange force nerie & brutale furéur des duels &c. usque dum modernus
 Galliarum Rex Ludovicus XIV. crebris iisque severis executionibus
 rem in meliorem statum deduxit. Ut verò ad sepultura honesta de-
 negationem rursus deveniamus, ea quoque hic in Prussia frivole
 duellantes manet, quemadmodum jam olim gloriose memorie
 Princeps Fridericus Wilhelmus Magnus in Edicto suo perpetuo sub
 dato Königsberg den 22. Junii 1657. laudabiliter disposuit, quod Juri
 Provinciali Prutenico Lib. 6. Tit. 5. art. 1. §. 18. & 19. verbotenus est in-
 fertum,

Sertum, in cuius §. 9. hæc habentur verba: Der Körper dessen/der aufß solche Art und Weise entleibet würde/ soll ohne Geläut und einige andre Ceremonien/ weder in die Kirche noch auf den Kirchhoff/ sondern auf der Stell und Orf des Quelles begraben werden. In novissimo vero Edicto ab Augustissimo Rege FRIDERICO Domino nostro longe clementissimo anno 1688. saluberrimè promulgatō hæc ita explicantur, ut differentia constituantur inter duellant nobilis ac civici ordinis, & illi sepultura inhonestæ, hi vero (de quibus jamsupra cap. preced. dictum) suspedio puniantur: sic enim art. 7. sonat: Wo einer bleibt/ so soll der Körper des Entleibten/ entweder daselbst/wo ein so ungückliches Duel vorgegangen/ oder sonst an einen andern unehrlichen Ort von dem Schinder/ wenn er ein Adliger in loco in honesto eingescharrret werden: & paulò post: Im Fall auch das Duell einen so ungücklichen Ausgang gewinnen sollte/ daß die Duellanten beiderseits auf der Wahlstadt bleiben/ und ihr Leben einbüßen möchten; so sollen derselben Leiber/wenn sie von Adel in loco in honesto von dem Hencker begraben werden. add. Duell. Mandat des Fürstl. Hauses Sachsen Ernestinischer Linie de anno 1709. dell 7. Martii. §. 6.

XI. In hunc locum etiam merito collocantur usurarii manifesti, die essentidem Wucheret/ pessimum hominum genus, qui faciore ac usuris immodiis egenos pariter ac divites cruciant atque angunt, quos non incongrue pestem Reipubl. dixeris; rectè enim Cato non minus feneratorem peccare censuit, quam homicidam, referente Cicerone Lib. 2. de officiis. Inde ipsi DEO hi homunciones maximè sunt invisi Exod. XXII. 25. Deuter. XXIII. 19. Ezech. XIX. 8. & alibi: & Lycurgus eosdem sapienter è Republ. Spartana ejusclie legitur. Quin Imperatores iis notam infamia imprimit L. 20. C. ex quib. caus. infam. irroget. Rectè ergo Jure Canonico honestas sepultura privatuntur cap. 3. X de Usur. c. 2. de usur. in 6to Clement. 1. de sepultur. Modò tamen (1.) publicè ea de re sint diffamati, vel ad minimum contra illos argumenta infallibilia prostant, cap. 15. X. de Usur. ibique Ungebaur p. II. modò (2.) impunitentes maneant, nec (3.) usurias immoderatas ante mortem restituant, vel (4.) idoneè de restitutione facienda caveant. alleg. text. add. Finckelth. de jure Sepult. concl. 13. lit. f. Quæ Juris

Juris Canonici dispositio etiam in Saxonie expressis verbis est
 sancta & anno 1625. promulgata, *Rubric.* Wegen des unchrist-
 lichen hochstraffahren Casters des Wuchers s. so wollen wir zu Vor-
 kommung ibi: hierüber auch / als öffentliche Leutschinder und Land-
 verderber zum Beichtstuhl und triöstlichen Absolution oder Tische
 des Herrn durchaus nicht gelassen / auch nach ihrem Tode mit
 Christlichen und gebräuchlichen Ceremonien durchaus nicht bestattet
 werden sollen, vid. Carpzov. *Prax. Crim. p. 2. Qu. 92. n. 36. & 37.*
 ubi sequens quoque præjudicium: Würde C. H. geständig seyn/
 daß er Georg Badern etlich Geld geliehen / und von 100. jährlichen
 15/ oder mehr Gulden / als Zinsen von ihm genommen; so ist er &c.
 so er auch über das sich des Wuchers zu enthalten in Weiaerung
 stünde / so würde ihm nach seinem Tode das Christliche Begräbniß
 billig versaget/ His usurariis ex communi conservudine annume-
 rantur Kipperi, die Kipper seu Æruscatores nefarii, quos improbo-
 res adhuc alias sceneratoribus esse & à furibus nisi solo nomine dista-
 re asserit Carpzov. *I. all. num. 39.* dum illorum avaritia, malitia &
 improbitas toti Imperio plus nocuit, quam vel extrema unquam
 usuraria pravitas, vel etiam furum dolus obfuit. Hi ergo uti
 merito poena afficiuntur, ita nec iniquè honesta sepultura privan-
 tur, quamvis nulla publica Constitutio desuper extet: Pronuncia-
 vit tamen hunc in modum Consistorium Wittebergense ad Quæst.
 Ob die Kipper und dergleichen Sünder zur Absolution und Heiligen
 Abendmahl zu lassen / auch ob sie ohne vorgehane Busse mit Christ-
 lichen Ceremonien zur Erden zu bestattet? ibi: auch wenn sie darüber
 in diesem peccato notorio versterben / mit Christlichen Leich-Ceremo-
 niens zur Erden zu bestattet/ ihnen mit gutem Zug denegret und abge-
 schlagen werden kan, apud Ludov. Dunte in *cav. conscient. cap. 13. sect. 1.*
qu. 14. Consentunt Theologi Jenenses apud Dedeckenn. *Volum. 2.*
Consistor. Sect. 9 cap. 7. n. 1. ibi: Bleiben sie (die Kipper) unbüßfertig bis
 an ihr Ende müssen sie hernach ohne Ceremonien begraben/ und also
 vor todte abgestorbene Glieder der Christlichen Gemeine gehalten wer-
 den. De illis omnibus, quos hactenus enarravimus, *Agenda Brunsvi-
 censis* sequentem in modum loquuntur: *Adulteri, scortatores, fures,
 usurarii & similes, qui ab omni usi Sacramentorum abstinuerunt, & ad
 pastoris*

pastoris sui vocem vitam in melius non communatarum, in flagitiis & scelerebus suis mortui ac sepulti, sepeliantur cum aliis Lutheranis in communi cæmenterio, sed tamen sine processione, sine cantu, aliisque Lutheranis ceremonia.

XII. De Jure Canonico illud adhuc singulare est, quod Monachi proprietarii, seu illi religiosi, qui contra votum tempore mortis res proprias habet, honesta sepultura priuentur: ita enim in cap. 6 X. de Statu Monachorum disponitur: *Quod si proprietas apud quemquam inventa fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in fieri quilibet subterretur, secundum quod beatus Gregorius narrat in Dialogo se fecisse.* add. cap. 4. X. eod. ubi jam sepulti plane exhumandi præcipiuntur: *Quam dispositiōnem meritō impian esse dicit Besoldus in Thesaur. Præl. voc. Begräbniss: Nos illam,* quia Pontificios tantum tangit, illis quoque defendendam relinquisimus.

XIII. Speciem in honestarum sepulturæ quoque habere videtur illorum humatio, qui pœna capitali sunt affetti, ita tamen, ut eorum corpora sepultura tradantur. Non enim semper cadavera punitorum sepeliri, sed pro diversitate delictorum vel igne concremari, vel etiam in furca aut rota insepta relinqui, jam superiori capite observavimus. In aliis vero delictis capitalibus levioribus v. g. Simplici homicidio sepultura quidem permittitur, sed talis, quæ vix honesta dici potest; siquidem nonnunquam planè sub patibulo humari solent; si werden unter den Galgen begraben. Interdum tamen pro ratione circumstantiarum magis honorifice proceditur cum illis, qui honestoris sunt conditionis, quos in cæmenterii extremitate, vel loco aliquo separato, temperatis ceremoniis sepelire moris est. Idem obtinet in illis, quorum corpora post pœnam ab agnatis à Magistratu ad sepulturam petuntur; quæ nisdem neganda non esse expressè sancitur in L. i. ff. de cadaver. punit. ibi: *corpon eorum quæ mortice, damnantur, cognatis ipsorum neganda non sunt;* & paulò post: *Hodiè autem eorum in quos animadvertisit, corpora, non aliter sepeliuntur, quam si fuerit petitum & permisum.* Cujus Legi genuinum sensum suppeditat Kulpisius de jure circa cadav. punitorum cap. 4. §. 2. Et hic ergo videndum, quomodo sepultura concedatur, an solemnitas sepulturæ plane interdicatur?

CAP. III. DE DENEGATIONE

an vero temperata permittatur? Vix enim generaliter admitti potest assertio Kulpissi loc. cit. cap. 5. §. 3. quod hac sepultura semper quidem sit honesta, sed minus solennis. add. Petr. Müller in not. ad Struv. Synt. J. C. et. de cadav. punit. lib. III. lit. (a). An principis consensus hic sit necessarius, an vero Judicis vel cuiuslibet Magistratus sufficiat? disputat B. Brunnemann. ad L. 14. C. dereligo. & sumpt. sive. n. 4 sequ.

XIV. Quid vero de illis dicendum cadaveribus, que in viis publicis mortua reperiuntur, an & illis honesta sepultura concedenda? Distinguendam hic existimo, an certa ad sint indicia, quod talis homo seipsum interficerit, an vero ab aliis fuerit occisus. Priori casu illa quo circa autochires §. 3. hujus capituli diximus, hic obtinebuntur. Posteriori vero sepultura ei honesta nullatenus est deneganda; præterquam enim quod occisum etiam ignotum ausu temerario condemnare non licet, cum præsumptio innocentia in primis ex Christiana charitate pro qualibet militet; nulla quoque poena ei infligi potest qui nihil deliquerit, quæ tamen est denegatio honestæ sepulturae. vid. Carpzov. Jurispr. Consil. Lib. 2. def. 375. n. 6. sequ. Imo Ius Saxonum svadet Sepulturam occisorum, ita enim Sächs. L. N. Lib. 3. art. 90. Wird jemand gemordet auf dem Felde/ und man da nicht weiß/ wer es gethan hat/ wer ihn dann erst findet und begräbet auf dem Felde/ oder in dem Dorfe/ nebst dabey/ mit Wissenschaft seiner Nachbarn/ er missthet daran nicht. Et allegat quoque præjudicium Carpzovius. alleg. loc. n. 12. ubi consistorium supremum in Saxonia Praefecto cuidam ita notanter rescriptit: Was bey uns der Pfarrer zu Sebenis wegen elicher jämmerlich umbgebrachten und noch umbgebrabenen todten Menschen angebracht/ und das sich niemand zum Begraben gebrauchen lassen wolle/ beweglich geflaget/ das habt ihr aus intlegendem Extract seiner Aussage zu befinden. Wann dann Vermöge Geistl. und Weltlicher Ordnung versehen/ auch die Christliche Liebe erfordert Christen Menschen zu begraben/ damit sie nicht von wilden Thieren und Hunden gesessen/ auch umb solcher unmenschlichen Hartigkeit willen Gott zu grossem Zorn und Straffe nicht verursacht werden möge; So hätte euch woll gehüret &c. Und ist unser Begehrhen/ ihr wollet unverzüglich daran seyn/ das solche

solche todten Corp̄er durch gnugſahme tisſigemachte Gräber an Ort und Stelle, wo ſie befunden bey Tag oder Nacht unverlängert &c. begraben werden. Ex quibus tamen verbis haud diſſiculter colligitur, quod licet talis sepultura pro in honeſta haberi nequeat, interim in ſummo gradu minus ſolennis ſit, cum vel planè nulla vel exigua ſalteria ceremoniæ adhibeantur, neque in cœmeterio ſemper ſepeliāntur ejusmodi occisi. Cxterum illud adhuc hōc loco addendum, quod quamvis pietatis opus ſit hos homines ſepulturæ tradere, cautele tamen hīc ſit procedendum, ne ſepultura ante denunciationem Ju- dicii vel Magistratui factam iſtituatur. Eſt enim pars Jurisdictio- niſ cadaver occiſum tollere, inde Magistratus autoritas & cognitio non eſt negligenda, ne quis ejus Jurisdictioni quid detracatum velle videatur. vid. Finckelth. *de jure Sepul.* concl. 10. Accedit, quod non-nunquam ocularis imprefcio in occiſis ſit iſtituenda ante ſepul- turam, qua de re in cap. ſequo. adhuc dicendum erit.

XV. Neque illis ſepultura honeſta deneganda, qui in Republ. peregrini, vel planè etiam ignoti ſunt, nam quoniam hoc commune eſt humanitatis officium, idcirco vel ex Jure Naturæ & Gentium al- teri exhibendum. Scitē hinc Senecca Lib. 5. de benef. cap. 20. Patrem, inquit, alienius in ſolitudine exanimem inventi, corpus ejus ſepeliri, præ- fliti pari ejus quod ipſe praefare voluſſet, nec non debuſſet: At ſi ter- ram ignoto mortuo injecti, nullum in hoc habeo bujus officii debitorem, in publicum humanus. Præterea omnes illi, qui in civitatem ſe con- tulerunt, ſive peregrini ſive ignoti fuerint, dummodo nihil adver- ſus eadem moliantur, ejus quoque beneficiis & juribus, quale & honeſta ſepultura eſt, ſtui debent. Nec obſtat, quod tamen in igno- ti de eorum vita ac morum probitate nulla adſint testimonia: nam ad minimum tam diu pro illis preſumptio bonitatis militabit, do- nec contrarium probatum fuerit.

XVI. Idem judicium ferendum de illis, qui ex caſu fortuito ac im- proviso minus felici morte abripiuntur, cum enim & hi nulla prioris cul- pa, multo minus dolo aliquo pereant, nulla appetretatio, quare honeſta ſepultura illis ſit deneganda? Huc pertinent infantes, qui vel in curia nutritum opprimuntur, vel alio ſato intercuti, quem illi qui- bus mores per improvifam ſubmersiōnē contingit, vel qui ē turri vel

adibus decidunt, vel alia ratione diem obeunt supremum. Inde cum in Saxonia quondam nonnemo ex oberariis rei metallicæ; in certo quodam loco profundo, quem illi Schacht vocant mortuus reperiatur, & consistorium supremum de ejusdem sepultura considereretur, ita hoc rescriptis: Wir haben euren eingeschickten Bericht des vorm Jahr in Schacht gefallenen und wieder gesundenen Berg-Schmiedes G. M. von der Freundschaft begehrtes Begräbniss betreffende verlesen haben. Waren er dann seines Christlichen Lebens und Wandels gutes Zeugniß erlanget; also ist unser Begehrniß hiemit wosfern keine gründliche Nachricht vorhanden/ daß er sich selbst vorzehlich in das Schacht gestürzt/ ihr wollet seinen Körper auf seiner Erben und Verwandten Anhalten mit gewöhnlichen Kirchen-Ceremonien zur Erden bestattet lassen, vid. Carpzov. JPd. Conf. Lib. 2. def. 31. n. 15.

XVII. An verò & infantes vel moriū natī vel antequām baptizati fuerint, mortui, sepulcrā Ecclesiasticā & honestā privandi sint? non incongruē hic queritur: Pontificii ferè affirmant, dum tales infantes non in beatorum sede sed in limbo infantum latitare afferunt, idcirco illos in cemeterii angulum absque ritibus & solennitatibus detrudunt. Apud nostrates verò aliud obtinet: cum enim illis beatitudinem non denegemus, quare eosdem honesta sepultura privaremus? in primis cum nulla ipsis culpa possit imputari, quod non sunt baptizati, vid. B. Dn. Ranger in Disp. de Jure Baptismi cap. 3. § 3. Inde expresse disponitur in der Nieder-Sächsischen Kirchen-Ordnung: Endlich wollen wir auch uns mit unsern Christlichen Begräbnissen von den Papisten hie absondern/ daß wir mit nichts wollen zulassen/ daß die ungetauften Kinderlein/ so erwann in Mutterleibe gelebet/ und tott auf die Welt gebohren/ mit der Eltern und fürnehmlich der Mutter schmerzlicher Traurigkeit und Anfechtungen / nicht solten Christlich begraben werden. Denn was von solchen Kindern nach Gott's Will zu halten/ haben wir zuvor an seinem Orthe gemeldet. Darum sollen sie mit allen Christlichen Ceremonien Geleute und Gesänge zur Erden bestätigt werden. vid. Dedeckens. Conf. Vol. 1. Lib. 2. Sect. 8. n. 213. & 4. Dunte cas. conscient. cap. 22. Sect. 1. Quaff q. 14. Egregie quoque hac in parte sanctum est in Ordinat. Eccles.

Eccles. Seroniss. Vinariens. Ducum part. 2. cap. 17. §. 9. ibi: De mo nach mit Begräbniß der ungetauften Kinder / oder so in Mutter leibe gelebet / aber todt auff die Welt kommen / nicht einerley Ord enung bisher gehalten worden / indem etliche Pfarrer dieselbigen nicht mit den Schülern / wie die getauften Kinder zum Begräbniß belei ten / etliche auch nicht an die Ort begraben wollen / Da andere Christen begraben seyn / dadurch dann Christlichen Eltern nicht allein grosß Vermünnß gemacht / sondern offtermahls die Mütter / als der schwächste Werkzeug / in grosse Anfechtung gerathen. Und aber der Christen Eceligkeit in solchen euersten Nothfällen / indem die Kinder doch durch das Gebeth der Eltern und Christlichen Gemeinde dem Allmächtigen (Bermüde seiner Verheißung / da er sagt: Ich bin dein Gott und deines Saamens nach dir) befohlen / nicht also an die H. Taufe gebunden / daß sie darum und wegen derselben verdammt werden solten: wie deun viele Kindlein im alten Testa ment / so vor dem achten Tage / und also unbeschritten gestorben / gleichwohl ungezweifelt seelig worden seynd. Der Ursachen dann / auch an solchen Kinder Eceligkeit / die also durch das gläubige Gebeth Gott befohlen / nicht zu zweifeln / so sollen hinsühro die Pfarrer und Kirchen-Dienere solche Kinder nicht weniger als die andern mit Christl. Ceremonien / nach jedes Orts Gebrauch zur Begräbniß begleiten und bey andern Christen zur Erden bestatten. In Ordinatione tamen Ecclesie Magdeburg. cap. 12. §. 6. aliqua additur differentia: ibi: Es sollen auch die zeitigen Kinder so vor Empfahung der Heil-Taufe verstorbene / imgleichen solche umzeitige / so in Mutterleibe gelebet / aber todt auf die Welt gekommen / mit Christlichen Ceremonien / jedoch daß der an ehlichen Orten am Tage des Absterbens erwachseener Personen gewöhnliche Leichen-Zug nachbleibe / begraben werde werden. vid. Wildvogel de jure embryonum th. 30.

XIX. Eadem ratione ex Pontificiis nonnulli puerperis in puerperiō mortuis sepulturam honestam frivole denegant, dum in ea sunt opinione, acsi puerpera sint impuræ ac in impuritate mortuæ, & inde per illarum sepulturam Ecclesia polluatur. Verum quis non advertit hanc rationem nihil habere in recessu: quænam enim est illa impuritas puerarum? num ea in morali quodam turpitudine confi

Ait? ut propterea supplicii nota, quæ est denegatio honestæ sepulture, affici debeat. Nec obstat illas tamen in Veteri Testamento pro impuris habitas fuisse; nam illa lex tantum fuit ceremonialis, adeoque hodiè nos non amplius stringit: indè recè quoque disponitur in cap. un. X de purificat. post partum quod mulier statim possit ingredi Ecclesiam post partum, neq; teneatur abstinere per aliquot dies secundum Legem Mosaicam. Apud nos nullum planè hac de re est dubium. Conf. Illustri Stryck. de jure funerandi cap. 1. §. 10.

XIX. Sed quid de illa consuetudine dicendum, quæ in Holstia vigeret, quâ debitores qui in obstagio moriuntur, honesta sepultura privantur? quale exemplum, quod superiori seculo in pago quodam Slesvicensi Gettorp dicto contigit, refert Venerandus Senex Consultissimus Dn. Reyherus J Crus ac Professor Kiloniensis Fautor noster in Disput. ante annum habita de singularibus quibusdam obstagij iuribus §. 27. scil. Nobilem quandam ex Sveorum familia originum & in obstagio mortuum, stillicidio templi suppositum fuisse; corpus vero ejus diuturnitate temporis non corruptum, sed spongiosum acquisivisse habitum, unde sapè à lascivis pueris ex capulo extractum & instar militis excubias agentis erectum, tandem vero serenissimi iussu sepultum fuisse. Evidem publicam desuper Constitutionem me legisse non memini, neq; recens forte hujus rei exemplara allegari poterit; interim aliquando morem illum viguisse certum est, & forte per consuetudinem. Principis conniventia accedente introductus esse videtur. Quanquam vero superiori capite illud improbavimus, quando debitorum corpora planè insepulta relinquuntur, ita è contrario non adeò iniquum videatur, si debitoribus imprimis malitiosis, qui inordinato luxu propria culpa at alienum sibi contraxerunt, aliosq; deceperunt, in terrorem allorum honesta sepultura denegetur. Apprimè huc quadrat, quod Quintilianus in Declamati. 274. scribit: Non satis putaverum Majores eas panas constitvere, quas posse aliquis excipere in siti: multos magis rapui sepulitura; ad cogitationem post se futurorum plerique gravius inveniuntur. H. I.

XX. Reliquos quibus de Jure Pontificio honesta sepultura denegatur, siccò pede præterminus; quorsum referuntur Violatores Ecclesiæ, violentas Ecclesiasticis personis inferentes manus, incestu sive polluentes

polluentes &c alii de quibus in cap. fin. X. de sepult. Non tamen prius illa animadversio contra illos locum habet, quam si pro his sceleribus excommunicationis vinculo subjecti fuerint, nec absoluti. His quoque annumerant eos, qui Presbyterum tuorem testamento constituerunt, per c. 14. diss. 88. vid. Petr. Gregor. Tholosan. Syntag. Jur. Un. Lib. 2. cap. 13. n. 10. cuius rei consequentiam neque per tubum opticum perspicere licet. Huc etiam pertinent Antipape, seu Pseudopontifices, qui Pontificibus legitimè electis sese opponunt, thronumque Pontificalem usurpant. Sic Anacleti sedem Pontificiam contra lenocinium II. occupantis cadaver miserabilis pompa elatum, atque in latebris sepultum fuit. Eadem fata expertus est Octavianus, a Frederico Barbarossa contra Pontificem legitimum Alexandrum II. electus, qui vita funditus à Canonicis majoris Ecclesia in Licensi civitate indignus sepultura habitus est: eum ex Henr. Spond. de cæmer. p. 2. L. 2. c. 4. n. 8. narrat Christ. Wildvogel in Dissert. de cō quod justum est circa rationes funebres cap. 4. §. 4. quos ita tergisse sufficiat.

XXI. Magis hic querere expedit: *An ob pauperitatem Sepultura honesta ultra si denegenda? quotidiana enim docet experientia ritus ac ceremonias ac alia honestas sepultura signa maximam partem dependere a parata pecunia. Equidem Jus Canonicum non permittit, ut quidquam pro sepultura exigatur; impium enim visum fuit, ea habere venalia, quæ divini juris sunt, adeo ut Simoniz crimen incident, qui sepultura nomine aliquid postulat. cap. 8. 9. 29. 41. X. de Simoniz. quæ dispositio non adeo iniqua videtur; inde non ita pridem Dr. Brucknerus integræ dissertatione defendit sepulturam gratis esse concedendam, daß die Beigräbniße denen Rechten und der Billigkeit nach umsonst und ohne Entgeld verstattet werden solßen: cuius rationes non omnino sunt contemnenda. Sancte Alphonsius Aragonum Rex Pastorem quendam pagi per biduum in foveā ad lumbos usque terra circumfusa retrinuit, quod vidux cujusdam maritum sine preiū numeratione sepelire voluerit: ura ex Joach. à Beust narrat Carpzov. Jurispr. Consist. Lib. 2. def. 391. n. 3. & certè ejusmodi lucratitudinē non commercium quoddam sapere videntur. Verum enim vero cum & Ecclesia ejusque ministrorum ratio sit habenda, non inconvenienter apud nos introductū est, ut non tam pro sepultura quam occasione*

eius

ejus Ecclesiæ, Pastoribus, Scholæ aliisque ejusmodi personis honorarium offeratur, quod etiam Legibus Ecclesiasticis hinc inde est constitutum. Imo inter ipsos Pontificios dispositio Juris Canonici non tam rigide observatur, quemadmodum Zieglerus in *not. ad Lamellor. Inst. Jur. Can. Lib. 2. tit. 24. §. 15.* probè advertit. Quod autem pauperes concernit, qui tantas opes non reliquerunt, ut sumptus ad sepulturam ritè peragendam solvi possint, sedulo cavendum, ne ea propter in honestè vel in locum minus honestum sepeliantur; paupertas enim non est delictum, ut quis propter illam puniri possit. Inde egregie sanctum est in *Ordin. Eccles. Saxon. iiii. general. 15. §.* Der ewegen den Kirchen-Dienern zu befahlen, daß sie mit besondrem Ernst ihre Psarr- Kinder vermahuen, weil solches nicht allein wieder Glauben und Christliche Liebe, daß man die Glieder des Leibes Christi also verächtlich halte und hinterfüße, sondern auch wider die Natur seßt, daß sie solch s abschaffen, und jedes Orts Obrigkeit diese Anordnung thue, daß die Armen so wol als die Reichen ehrlich zur Erden bestätigt werden. Et in *Decreto Synodali de anno 1624. S.* Mit Bestattung der Christen abgelaufen Körper geziemet sichs auch nicht anders, dann daß gebührlich umbgegangen, und von den überbleibenden die in Gott entschlaffen, ob sie schon arm auf der Welt gewesen, ehrlich in ihre Ruhe Bettlein gebracht werden. Neque forte ii, quorum opera ad exequias requiruntur, pietas intuitu à pauperibus quicquam desiderabunt, vid. *Carpzov. loc. cit. Lib. 2. def. 374. n. 9. seqn.* Quinimò etsi tandem nonnulli ritus vel ceremonia in pauperum sepultura intermittentur, illa tamen non pro in honesta sed pro minus solenni habenda erit.

XXII. Ut colophonem huic capiti imponamus, etiam de illis hic videndum, qui tempore pestis moriuntur, an non iis honesta sepultura denegetur? Evidem tristis experientia his temporibus affam docuit, plurimos contagiosa morte peremptus sie ullis ceremoniis ac ritibus sape sine loculo absq; ullis exequis à Vespilloribus non in cœmeterium, sed in alium locum separatum sine psalmis & campanis esse humatos: & ita quoq; dispositum fuit à Serenissimo Rege in dem Abtg. Peitz Reglement de anno 1709. §. 25 ibi: Stür besiedand an der Seuchy, so ist die Leiche von denjenigen, welche dazu die Obrigkeit

Obrückt bestellen wird / wo an dem Ort kein Kirchhoff / an eitlen bes-
sondern Ort außer dem Dorff / der von dem Wege entfernt ist / ohne
Zeit-Berlust / auch sonder alles Gefolge zu bringen und zu begraben.
Quia omnia certè vix speciem honestæ sepulturæ habere viden-
tur. Verum absit, ut has sepulturas ignominiosas pronunciemus;
nam [1] solemnitates pestis tempore non in pœnam alicui, (neque
enim quidquam deliquerunt contagione correpti,) sed ob utilita-
tem publicam denegantur, partim ne frequentior confluxus homi-
num sit nocivus, partim ne per nimios apparatus tot cadaverum hu-
matio tardetur: quiequid igitur in utilitatem publicam constituitur,
alteri non potest esse ignominiosum. [2] in consesso quoque est, o-
mnem exequiarum solemnitatem dependere à voluntate Principis
seu Imperantis, hujus enim autoritate Agenda & Ordinationes Ec-
clesiastica sunt promulgatae; Si vero Princeps circa illas solemnitati-
tes certis ex causis dispensat, vel illas planè tollit, quis rancor erit au-
daciæ, ut hæc inhonesti quidpiam involvere autem? Accedit [3]
quod hæc sepultura tempore pestis non instituatur in loco inhonesto,
sed in specie ad hunc usum electo & separato vid. Carpov. 7 p. d.
Conf. Lib. 2. def. 394 neque à personis inhonestis v. g. Carnifice aut
lictoribus, sed à Vespillonibus ad hunc actum constitutis, quos ho-
nestas esse personas multis argumentis probavit Dn. Willenberg.
Professor Gedanensis in Disput. de jure Vespillonum cap. 2. §. 10. Et ex his
*ac aliis rationibus firmiter concludi potest sepulturam tempore pe-
stis sine ritibus ac ceremoniis celebratam non esse inhonestam vel*
ignominiosam, utut minus solennis rectè appellari possit. confer.
Consultissimus Dn. Stein / Fautor noster in elegant. Disp. priori de Jure
Pestis §. 19.

CAPUT IV.

DENEGATIONE SEPULTURÆ CERTO IN LOCO, CERTO TEMPORE, ET OB CERTAS CIRCUMSTANTIAS.

I SUMMA-

SUMMARIA.

- I. Jure Civili Rom. sepulcra denegatur in illo loco, ubi quis Ius sepeliendi non habet.
- II. In civitate Jure Romano non permititur Sepultura, nisi Illustribus & Virginibus Vestalibus.
- III. Jure Canon. & moribus extra cometerium sepultura denegatur; aliud tamen tempore pestis obineret.
- IV. Quibus sepultura in templis denegetur?
- V. Is sepulchrō familiari sepultura denegatur ei, qui non est de familia.
- VI. In hereditario, qui non erit.
- VII. An hereditatem regudianti sepulchrum hereditarium possit denegari?
- VIII. An Liberis emancipatis & exhereditatis.
- IX. An Emotori hereditatis?
- X. An heredi fideicommissario?
- XI. Jure Civili sepultura denegatur in monasteriis diversis sexu?
- XII. Relegati in illo loco, ex quo relegati, sepeliri nequeunt.
- XIII. An Parochiam in alia quam sua Parochia sepeliri possint?
- XIV. Tempore nimis festinatio prohibetur Sepultura, nisi tempore pestis.
- XV. An certis diebus vel horis denegari possit sepultura?
- XVI. De illis quibus sepultura ante ocularem inspectionem denegatur.
- XVII. An sepultura ob debitum possit impediri? ubi de arrestatione cadaverum.
- XIX. Denegatur sepultura, si quis cum nimio ornatus, vel more inconfucio velit sepeliri.

Postquam jam de Denegatione non solum totali, sed etiam sepultura honesta egimus, nunc in hoc capite adhuc dispendum restat, quare ratione sepultura certo in loco, certo tempore & nonnunquam ob alias circumstantias ad tempus denegetur. Quod igitur primo locum attinet, aliud Jure Civili Romano, aliud Jure Canonico & moribus est constitutum. Illo Jure cuilibet integrum erat privata autoritate sepulchrum sibi destinare, & locum religiosum facere §. 9. Ins. de R. D. L. 6. §. 4. ff. ed. Hoc tamen non aliter contingebat, quam si corpus hominis mortui animo sepeliendi eum in locum, ubi sepeliens jus habebat sepeliendi, actualiter illatum fuerit. Inde denegatur de Jure Civili mortuum in talem locum inferre.

ubi

ubi quis jus sepeliendi non habet, adeo ut locus ille tunc nec fiat religiosus L. 43. ff. de Religios. & sumpt. fun. attamen neque hoc casu mortuus propria autoritate effodi potest L. 8 pr. ff. d.r. sed datur Actio in factum adversus inferentem vel ad pretium loci refundendum, vel ad mortuum tollendum, de qua agit Finckelth. *de jure sepult. concl. 45.* Porro nec in locura communem purum, qui scil. adhuc est profanus, seu humani juris invito socio inferre licet §. 9. Inst. de R.D. cuius prohibitionis haec videtur esse ratio, ne socii conditio sine facto ejus deterior fiat re commercio exempla: Dissentit Finckelth. *loc. cit. concl. 20.* quem sequitur Perr. Müller in not. ad Struvii Symt. Jur. Civ. tit. de Relig. & sumpt. fun. ib. 71. Lit. (d) Contrarium tamen obtinet in communi sepulchro, in hoc enim socio etiam invitatis cæteris mortui illatio non est deneganda; quamvis enim alias in re communi pot. or sit ratio prohibentis L. 28 ff. Commun. divid. in illis tamen rebus, quæ ab initio ad certum usum sunt destinatae, qualis est commune sepulchrum, melior ratio est faciens, quippe qui ex conventione prima ius a-gendi licitum est consecutus vid. Hopp. in comment. ad §. 9. J. de R.D. Sed & Usufructuario illatio mortui in fundum usufructuarium in-vitò Domino proprietario denegatur L. 2. §. 1. & 7 ff. de Religios. & sumpt. fun. non enim est juris univerbi successor, nec rem alienare potest L. 9. C. de Usufruct. quod tamen fieret, si locus extra commercium con-stitueretur. Pariter nec proprietarius nisi consentiente Usufructua-rio, ibidem sepelire & locum religiosum facere potest, ne ius servi-tutis impediatur d. L. 2. §. 7. & 8 ff. de Relig. & sumpt. fun. Excipitur ta-men casus, si testatorem Dominus proprietatis inferre velit, neque aliis ei locus tam opportunitas fuenterit, tunc enim & invito Usufru-ctuario id licet L. 17 pr. ff. de Usufruct. Tandem & illud hic monen-dum, quod si quis forte impediatur mortuum inferre in illum locum, ubi ius habet, vel interdicto de mortuo inferendo uti, vel mortuum alio inferri possit, & postea actione in factum agere ad omne intere-ss. se. L. 3. §. 5. & L. 9 ff. de Religios. & sumpt. fun. vid. Lauterb. Comp. Jur. p. 164. II. Ut ut vero cuique liberum esset locum privata autoritate ad inferendum mortuum eligere, denegata tam apud Romanos sepul-tura fuit in ipsa urbe seu civitate. Non solum enim à primis urbis Ro-ma incunabulis more receperunt erat, ut extra moenia humarentur de-functi, quemadmodum exemplis Numa, Servii Tullii, aliorumque

comprobat Kirchmann, *de funer. Rom. Lib. 2. cap. 20.* sed tandem plane in Legem abiit; ita nempe in Legibus XII. Tabb. disponitur: *Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito, teste Cicerone Lib. 2. de Legib. quæ dispositio postmodum quodam SCto Consule Duillio circa annum U. C. 490. est confirmata, & tandem ab Imperatore Hadriano repetita sub pena quadraginta aureorum; ita namque Ulpianus in L. 3. §. 5. ff. de Sepulchr. violat. Divus Hadrianus, inquit, re scripto panam statuit, quadraginta aurorum in eos, qui in civitate sepeliantur, quam si co inferri jussit, & in magistratibus, eadem qui passi sunt; & locum publicari jussit, & corpus transferri. Et hoc non tantum in ipsa Urbe Româ erat interdictum, sed deinde quoque ab Imperatoribus Diocletiano & Maximiniano ad quævis municipia extensum in L. 12. C. de religios. & sumpt. fun. ne scil. sanctum municipiorum jus pollueretur: imò in ipsam tandem Urbem Constantinopolitanam hoc interdictum emanavit. L. 6. C. Theod. de sepulchr. violat. Si de ratione queramus, quare sepultura intra urbis pomœria fuerit prohibita? duplex potissimum suppeditatur à Scriptoribus: Prima est, ne sacra civitatis funestentur, nam Romani in eâ opinione fuerunt, ac si id, quod Dls superis sacrum, vel solo adspectu aut contactu rei funestæ contamineetur, inde neque cadaver mortuum tanquam impurum tangere licebat, quæ Romanorum instituta ex Judæorum Legibus promanasse putat Kirchmann. loc. cit. cap. 21. Secunda est, ne aëri propter exhalationes foetidas inficeretur & homines exinde in civitate damnum incurrent: quæ majoris adhuc momenti videtur priori, dum utilitatem publicam concernit; rectè enim Cicero alibi assertit, ita respiciendos esse mortuos, ne vivis noceant. His nonnulli adhuc tertiam addunt rationem, ne scil. locus publicus privata religione obligaretur, add. J. Paulus Lib. I. Recept. Sent. tit. 21. §. 2. Tametsi verò adeo severè sanctum fuerit, ne in urbe sepelirentur defuncti, attamen successu temporis multa in ipsa Urbe Roma sepulchra exiisse reperimus. Ita namque ipse Cicero Lib. 2. de Legib. scribit: *Quid: qui post XII. tabb. in urbe sepulti sunt clari Viri? M. Cre do, Tiro, fuisse aut eos quibus hoc ante legem virtutis causâ tributum est, ut Publicole, ut Tuberto, quod eorum posteri tenuerunt: aut eos, si qui hoc, ut C. Fabricius, virtutis causâ, soluti tegibus consecuti sunt. Ex quibus tametsi verbis non obscurè colligitur, quod talis sepultura in urbe non nisi illu stribus**

stibus & magnis Viris, qui de Republ. bene meruissent, fuerit permisso; quibus etiam quandoque publica eaque elegantiora loca sumptibus Reipubl. vel in ipsa urbe vel in Campo Martio assignata esse legimus. Ceterum & Virgines Vestales ob sacram dignitatem in urbe sepultas, imo si deliquerint, vivas quoque intra mœnia in campo scelerato terrâ obrutas sunt docet Servius ad Lib. XI. Ennid. Virgil. conf. Kirchmann. loc. cit. cap. 20.

III. Secundum Jus Canonicum & mores hodiernos cum locis religiosis aliter est comparatum: non enim amplius ex privati hominis dependet arbitrio, ut locus religiosus fiat, sed publica requiritur ad id autoritas; Neque privato amplius integrum est mortuum suum inferre ubicunque velit, sed publica capropter loca hodie sunt constituta, scil. cœmeteria seu dormitoria, die Kirchhoffe über Gottesacker: in quorum constitutione sicut autoritas Episcopiaci in primis consecratio apud Pontificios necessaria sit; apud Protestantes tamen id non obtinet, sed ficta destinatione muris septisve ejusmodi loca solent separari, ne à bestiis turbari ac inquietari possint: Ut ut Principis seu Confessorii, vel ad minimum Parroni consensu in constitutione cœmterii non videatur negligendus. Et hæc dormitoria hodienum ad res religiosas communiter referuntur, ac extra hominum commercium constituuntur. vid. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 15. lib. 87. inde etiam ab iisdem ad hæc argumenta i solemus. Quamvis autem primis temporibus cœmeteria pari ratione extra civitatem conderentur, quemadmodum laudabilis hæc conservudo etiam ex S. Scriptura colligitur, vid. Luc. VII. 12. & apud alias quoque gentes viguit; attamen vel ambitione vel superflitione hominum paulatim aucta mos tandem irrepit, ut & in civitate mortui sepelirentur, quem morem deinde Imperator Leo peculiari Lege confirmavit in Nov. 53. de qua tamen Carpzov. Jur. sp. Cons. Lib. 2. def. 380. n. 2. judicat, rationes, quas necit, non magni esse momenti, sicut nec ipsa sanctio est authenticæ. Tandem eo devenitum est, ut cœmteria prope templo vel monasteria erigerentur, cuius rei has suppeditat rationes Lancellottus. Lib. 2. Insti. Jur. Canon. Tit. 24. §. 1. Sepulture, inquit, per fidèles non nisi in sacris & religiosis locis, ideo constituantur: & quod minus ibi spiritibus vexantur immundis, & quod sanctorum illorum commendantur patrocinis, quorum nominis Ecclesia, in qua corpora conquescent, est consecrata. Accedit,

quod defunctorum proximi ad sacrata loca venientes sepulturamque conspicentes, suorum recordantur, & pro eis plas preces fundunt. Unde mortuorum sepultura & cōmēteria apud illas Ecclesias, & monasteria ex antiquo dispositae esse compertuntur, in quibus religiosorum conuentus sunt confusi, ubi orationes, & missarum solemnia tam pro vivis quam pro defunctis frequentius celebrantur. Verum nemo non videt h̄c argumenta non solum Papatum sed & Gentilismū sapere, inde egregiè eadem quoque confutavit Zieglerus in Comment. ad h. l. Quicquid tamen hujus rei sit, apud Protestantes hinc inde cōmēteria templis adjuncta esse cernimus, quā quidem consuetudo nec laudanda nec vituperanda sed magis toleranda videtur. Interim, dum paulò ante diximus, cōmēteria publici juris esse, sponte quoque fluit nemini licere mortuos propria autoritate vel in fundo suo vel in xdbus vel alio in loco extra cōmēterium clam sepelire; hoc enim esset Leges ac Constitutions Ecclesiasticas frivole violare. Quin et si quispiam auderet mortuum in aliud quam cōmēterii locum inferre, ille tamen locus non solum non fieret religiosus, dum totus is actus prohibente Lege esset suscepitus adeoque ipso Jure nullus, sed inferens pœnam quoque foret afficiendus. Hinc matri cuidam, quā filium suum clam in horto sepeliverat, dictatam fuisse pœnam quinquaginta thalerorum narrat Bechmann. ad tit. ff. de religiis. & sumpti fun. num. 19. aliud tamen dicendum, si illa licentia mortuum alio inferendi à Principe impetretur, vid. Dn. Stryk. in Disp. de jure funerandi cap. 1. §. 13. Etinde quoque manus videtur esse controversia, quando queritur: An Jus Civile circa loca religiosa sublatum sit per Jus Canonicum etiam quoad effectus Juris Civilis? de qua disputant Faber, Donellus, Decianus & alii; nam quoniam Jure Canonico nullus locus dicitur religiosus, nisi auctoritas Episcopi accedat, apud nos Principis vel Consistorii, quilibet videri principaliter requisito deficiente, nihil quoque religiosi in ejusmodi locum induci: hinc Jura illa se non tam tollunt invicem, quam ex diversis principiis concludunt. conf. Just. Bernh. Hoyor. de Jure seculi. aph. 18. Ceterum illa, quā de sepultura non nisi in cōmēterio celebranda hactenus diximus, exceptionem patiuntur tempore pestis, tunc enim vix permitti soler, ut omnia cadavera in cōmēterio consueto sepeliantur; facile enim evenire posset, ut frequentia sūnerum

aer

aer exhalationibus putridis corrumperetur, & sic vivi inficerentur. Solent tamen & illo tempore publica autoritate certa quādam loca assignari, vid Carpzov. *Juri pr Consil. Lib. 2. def. 395.* Et hæc omnia, quæ hactenus latius differimus, Praxi quoque Regni nostri Prussici sunt congrua, cœu pater ex Recessu Visitationis Ecclesie Angerburgensis de Ao. 1707. ubi ad instantiam Admodum Reverendi Domini Archipresbyteri Raistenburgensis ad s. 13. *Instructionis Regiae sequentia notata fuerunt:* Die Todten sollen außer hoher Noth in denen Pestilenz, Pesten auf den Kirchhöfen Christlich und nicht auf die so genannte Mogilien oder sebst in ehle Feld, Kirchhöffe weil dadurch an derer Inconvenientem zu geschweigen ein mercliches den Kirchen Intraden abgehet, voraus aber jährlich keine vollkommene Zahl der Verstorbenen Ihr. Königl. Majestät dadurch eingeschicket wird / bey Bermeidung drey Mark Kirchen oder gewisser Leibes Straße begraben werden. Die Schulzen und Eltesten aber sollen darauf halten / damit sie nicht in gleiche Straße versallen; es sollen aber dennoch die Feld, Kirchhöffe auf allen Fall der Pestilenz (die Gott in Gnaden verhülte) umbezündet werden, damit die Hunde und andere Thiere die Todten in der Erde nicht anfallen mögen.

IV. Cum vero successu temporis etiam in templis Christianorum corpora fuerint sepulta & adhuc sepeliantur, videndum hic quoque quibus hoc privilegium competit, & quibus denegetur. Primit Christianismi temporibus vix quisquam in templo humatus est, neq; forte tanta ædificia fuere, ut sepultura in illis perfici potuerit: sub Constantino M. & Honorio ansam præbentibus, quorum hic Romæ in templo S. Petri, ille Constantinopoli in portico templi Apostolorum sepelire voluit: postmodum tamen nimis forte frequentiæ Legibus hoc iterum fuit prohibitum; nam in Codice Theodosiano hæc reperitur sanctio: *undeis ev innanoa San tero veugov, nullus in Ecclesia sepeliat mortuum.* Huc etiam referunt L. C. de SS. Eccles. ubi hæc habentur verba: *Nemo Apostolorum vel Martyrum sedem humanis corporibus existimer esse concessam,* de qua tamen Lege videatur Brunnemannus in *Commentario n. 3.* Imo in Concilio Braccarense can. 18. constitutum fuit, ut corpora defunctorum nullo modo in Basilicas sanctorum sepe-

sepelirentur, sed si necesse est, de foris circa murum Basilicæ. Verum deinde iterum permisum fuit in Ecclesia sepelire, initio quidem tantum sacerdotibus, Episcopis, Abbatibus, mox tamen & aliis sic namque in Concilio Triburiensi *can. 17.* sanctum: *Nemo in Ecclesia sepeliatur, nisi foris talis sit persona Sacerdotis, aut cuiuslibet iusti hominis, qui per vita meritum talem vivendo suo corpori defuncto locum acquisivit.* add. *c. 18.* *ca. XIII. qu. 2.* Rationem quare sepultura in Ecclesiis sit recepta tradit Gregorius Magnus in *c. 17. ca. XIII. qu. 2.* his verbis: *Cum gravia peccata non depriment, hoc prodest mortuis, si in Ecclesia sepeliantur, quod eorum proximi, quoies ad eadem sacra loca veniunt, suorum, quorum se pulchra aspicunt, recordantur & pro eis Domino preces fundant, quam rationem merito ineptam vocat Fincelth. de jure Sepulture cont. 18. lit. b.* Sequioribus temporibus superbiam hominum eō processisse, ut & milites, & qui pessimè vitam egerunt, in Ecclesiis sepeliri cœperint dolet Ziegler in *Comment. ad Inst. Jur. Can. Lancelloet.* §. 1. Apud nos morem illum retentum esse cernimus, quo sepultura in templis instituitur, num bene an male? jam non disqueremus: Nonnemo illum plane Juri naturali contrariari diserte afferit; sed connexionem hujus asserti perspicere non licet. Excusemus potius hanc consuetudinem cum Carpzovio in *Jurispr. Consistor. Lib. 2. df. 389.* exinde, quod non solum dignitas & fama ex loco consecrato accedat defunto, sed etiam quod tutor ejusmodi censeatur locus, ne forsitan ab impiis cadaver aut ossa defunctorum effodiuntur, vel facinorosi postea in eodem loco condantur. add. *Disput. sub prestdio Nobiliss Dni. Musai Jcti Kiloniensis habita de prelio Juris Justiniani sacri adversus Granvegium pag. 11.* Neque tamen quilibet promiscue in nostris Ecclesiis sepeliuntur sed tantum honoratores: quod ipsum prejudicio comprobat Carpzov. loc. cit. n. ult. ubi Consistorium supremum ita rescriptit: *So viel die Grabstätte belangeit/begehrten wir hiemit gleich fals/ ihr wollet hinsüphro von den gemeinen Leuten niemand in die Kirchen begraben/ sonsten aber nach Gelegenheit eines jeden Herkommens/ Standes/ Verdiensts und Vermögens die Grabstelle anweisen &c.* Quinam verò sint honoratores, ex cuiuslibet loci, regionis ac civitatis vel etiam pagi conditione dijudicandum esse viderunt.

V. Porro cum alia sepulcra sint *familiaria*, quæ quis sibi familiisque

CERTO IN LOCO, CERTO TEMPORE &c.

*I*nque sive constituit, alia hereditaria, quae quis sibi hereditibusque suis constituit, L. 6. ff. de Religios. & sumpt. fun. videndum quoque quibusnam sepultura his in locis denegetur. Et in familiari quidem sepulchro omnibus denegatur, qui non sunt de familia; inde arcentur Cognati in specie ita dicti, qui scil. per seominimum sexum propagantur, item affines L. 8. C. de religios. & multo magis extranei, quod etiam hodiernæ Praxi consentaneum esse tradit Brünne-mann. in Comment. ad L. 12. C. d. i. Hactamen dispositio hanc recipit limitationem, nisi cognati sint heredes instituti; quin & si extranei heredes sint, illos jure familiaris sepultura frui probatur arg. L. 8. & 13. C. de religios. Rationem hanc suppeditat Finckel-thaus de jure sepult. concl. 2. quia nempe heres succedit in omne jus ejus, qui est de familia, necesse ergo est, ut & jus familiæ conse-quatur.

*B*ut VI. In loco hereditario sepultura regulariter denegatur ei, qui non est heres; sed heredes jure hereditario ex persona primi acquirentes hoc jure gaudent, non attenta distinctione sive seu sint sive extranei nullo sanguinis vinculo juncti; sive ex testamento, sive ab intestato succedant, licet ex minima parte fuerint instituti, L. 6. pr. ff. de Religios. & sumpt. fun. Quid vero extraneos heredes attinet, utrum & hodie Juris Civilis dispositio in nostris sepulchris hereditariis locum habere possit? dubitat Dn. Titius in der Probe des Deutschen Geistl. Rechts Lib. 4. cap. 9. §. 13. ex illa ratione, quia apud Romanos locus proprius ad sepulturam destinabatur, ho-die vero ille ab Ecclesia emitur; inde non presumendum Ecclesiam Emotorius illud permisisse, ut sepulcrum ad extraneos quoque transferre possit. Et ita etiam, nō fallor, heic locorum observa-tur, ut deficientibus consanguineis sepulcrum hereditarium rursus ad Ecclesiam recidat.

VII. Quid vero si heres repudier hereditatem, annon tunc sepultura ei in loco hereditario denegabitur? Distinguunt Dres inter heredem suum & extraneum: Suus, tametsi abstineat heredi-tate, nihilominus jus sepulturae retinet, & de hoc intelligenda est L. 6. pr. ibi: *sive seje abstineant.* ff. de Religios. Ratio hæc est, quia

K

sui

72 CAP. IV. DE DENEGATIONE SEPULTURÆ.

sui heredes non solum vivo adhuc patre rerum paternarum domini quodammodo sunt §. 2. *Inst. de hered. qual. & differ.* sed neque per abstentionem heredes esse desinunt. *L. 7. §. 10. ff. de minor.* Extraneus vero ante aditam hereditatem nihil plane juris habet, sed omne jus ex additione consequitur; heredis enim jus eodem maxime tempore inspiciendum est; quo acquirit hereditatem. §. 4. *Inst. de hered. qual. & differ.* Inde cum nec successor dici possit, nec illa, quæjure successorio, quale est jus sepulturæ, sibi vindicare poterit. Vid. Petr. Müller. *in not. ad Struv. tit. de religios. th. 69. lit. (n).* Ita tamen, quibus ut indignis hereditas est ablata, sepulchrorum iura retinent, *L. 33. ff. de Religios. & sumt. fun.*

IX. *Liberis emancipatis* sepultura in locis hereditariis denegari nequit; quamvis enim per emancipationem extranei facti intelligantur *L. 55. § 1 ff. de rir. nupt.* & ita civilis ratio cesseret, remanet tamen sanguinis jus, quod à natura profuit, neque per emancipationem dirimitur *L. 8. ff. de R. J.* Jus vero sepulturæ naturalem causam habere videtur. add. *L. 6. ibi: & emancipatis ff. de Religios.* Major autem subest dubitatio circa exheredatos, qui jure à sepulchris hereditariis arceri posse videntur, siquidem nulla ratio juris pro iisdem militat, neque filii nomen merentur, dum debitam patri reverentiam violaverunt, seque indignos omnibus reddiderunt juribus. Veruntamen ob humanitatis rationem contrarium dispositum est in *all. L. 6. ff. de Religios.* ibi: *Exheredatis autem humanitatis gratia tantum sepeliri licet.* Sed in quonam consistit hæc humanitatis ratio? Finz kelth. *de jure sepult.* concl. 6. hanc esse dicit, quia aliquando jam domini vivo adhuc patre fuerunt, *L. 11. ff. de Liber. & posthum.* quasi sufficere debeat, quod uno vel minimo tempore fuerint domini: nobis & hæc non incongrua videntur, quod, quoniam filius exheredatus nihilominus manet filius, humanitati admodum sit conveniens, ut ossa filii in parentis & consanguineorum sepulchro una requiescant; Limitatur tamen hæc ipsa dispositio in *all. L. 6.* nisi scil. pater justo odio commotus specialiter prohibuerit filium exheredatum in hereditario sepulchro sepeliri: ubi simul notat. Gothofredus *in not. ad d. L. lit. f.* quod testa.

testatores nonnunquam apud Romanos cavere soliti sint, ne monumentum heredes sequeretur, idque his nonis scriptum sit: H. M. H. N. S. i. e. Hoc Monumentum Heredes Non Sequitur, add. Kirchmann. de funer. Rom. Lib. 3. cap. 13. Ceterum & Liberto denegari Jus hereditarii sepulchri, nisi exciterit heres suo Patrono, ex all. L. 6. princ. in f. ff. de Religioſ. & ſumpt. funer. patet.

IX. Queritur hic: An Emptori hereditatis denegari posse sepultura hereditaria? Respondemus quod sic: Tametsi enim in hereditatis venditione tota veniat hereditas, & Venditor emptori teneatur praestare omne id quod ad ipsum pervenit; Jus autem Sepulturae continetur hereditate; Ut ut etiam Emptor dicatur successor universitatis L. 13. §. 8 ff. de hered. pet. vicemque heredis quoad effectum sustineat L. 2. §. 18 ff. de hered. vel aſt. vend. Attamen quoniam Emptor singulari tantum titulo Emptionis scilicet hereditatem acquisivit; jura vero hereditaria, quale & jus sepultura est, in ipsa persona heredis radicata manent, adeo ut hereditatis Emptor non nisi valde impropriè heres dici possit, dum in universum jus defunctorum non succedit, quod solum heredis proprium est L. 62. ff. de R. J. inde recte quoque sepulchrum hereditarium ei videtur denegandum. vid. Just. Bernh. Hoyer de Jure Sepulturae aph. 39.

X. Gravior vero adhuc controversia est circa fideicommissarium, an huic sepultura in loco hereditario sit deneganda? Communis Doctorum opinio est, utique denegari posse propter L. 42. §. 1. ff. ad SCE. Trebell. in qua disertè ICrus Paulus ait: Restituta hereditate jura sepulchorum apud heredem remanent: ubi per heredem non aliis intelligitur quam directus, primus, verus seu fiduciarius. Rationem quoque tradit Donellus Lib. VII. Commem. cap. 25. quia nempe iuris sepulchorum in heredis directi persona femei constituta ita coharent, ut ad alios non transeant. Cui rationi plures adhuc subjungit Finckelthaus de Jure Sepulturae concl. 7. conf. Petr. Gregor. Tholosan. Sym. Jur. Un. Lib. 42 cap. 29. n. 18. Fachin. Lib. 10. Controv. cap. 94. Petr. Müller. in not. ad Struvii Sym. tagn. Jur. Civil. tit. de religioſ. th. 69. lit. (2). Alii tamen, inter quos præcipuus est Chiffet. Lib. 4. de fideicommissario cap. 6. pag. 1066.

74 CAP. IV. DE DENEGATIONE SEPULTURE

quem sequitur Hildegard ad Donell. loc. all. Lit. E. statuant, quod licet iuri a sepulchri & apud fiduciarium maneant per d. L. 42. §. 1. ff. ad SCt. Trebell. nihilominas tamen etiam transfeant ac communicentur cum fideicommissario, idque propter L. 6. pr. ff. de Religios. Quæ sententia utut & quior & benignior videatur, in puncto tamen juris priorem censemus anteferendam.

XI. Sed missis hereditariis sepulcris ad alia loca progredimur, in quibus sepultura alicui denegari; offert se hic autem Dispositio Justiniani Imperatoris in Novell. 133. pr. & cap. 1. ne scil. Viri in mulierum monasteriis & e diverso mulieres in monasteriis virorum, sepeliri debeant; ne forte hac occasione ingressus aliquibus in monasteria alterius sexus præberetur, & fenestra aliqua incontinentie aperireretur: inde per pauci duntaxat viri, quorum opera in sepulturis mulierum necessaria est, veluti ad defodiendum, admittuntur, manentibus tunc in suo habitaculo sanctimonialibus omnibus, excepta ostiaria, & si forte interesse volet, ipsa Antistite. Quod an hodie adhuc inter Pontificios observetur, reperi non licuit; Gundelinus tamen de Jure Novissimo Lib. 6. cap. 15. ejus planè negat observantiam, cum cernamus, inquit, sep̄ Viros in templis Sanctimonialium, & mulieres in templis Monachorum sepeliri; separatio ne chori aliisque remedis adversus periculum incontinentie viis sufficientibus. Quibus, utpote ad nos non pertinentibus jam non immorabitur.

XII. Denegatur quoque sepultura relegatis & deportatis in illo loco ex quo relegati sunt; ita enim Marciānus in L. 2. ff. de ca daver. punit. scribit: Si in insulam deportatus vel relegatus fuerit, pena etiam post mortem manet: nec licet eum inde transferre alicubi & sepelire inconsulto Principe. Rationi quoque id videtur, esse conveniens, ut in quo loco quis vivus non subsistere potuit, in illo neque mortuus toleretur. Illud tamen quoque ex alleg. L. colligitur, quod à Principe sepultura in loco relegato impetrari possit, quodque sapissime Severus & Antoninus ita rescripsierint, & multis patetibns hoc ipsum indulserint. d. L. in f. A Senatu quoque

CERTO IN LOCO, CERTO TEMPORE &c.

73

que Parisiensi ipsum cognatis Advocati cujusdam permisum fuisse ex Lurio refert Gothofred. in not. ad alleg. L. iie. l. Quod si vero relegatus vel deportatus fato infelici in mari vel fluctibus perierit, & ad litus terræ, unde relegatus fuerat, ejus sit, non repellendum esse cadaver, sed miseratione naturæ humanæ in arena litoris vel ripæ condendum tradit Feltmann. de cadav. inspic. cap. 14. §. 10.

XIII. Circa locum adhuc hæc occurrit Quæstio: An Parochianti in alia quam suâ Parochiâ sepeliri possint? Evidem Jure Canonico Jus eligendi sepulchrum etiam in aliena Parochia, modo tamen contentus ab sit, non prohibetur, cap. 1. 3. 4. 10. X. de Sepult. vid. Schilter Inst. Jar. Canon. Lib. 2. Tit. 14. §. 3. indè quoque deferendum est petitio, si filius juxta patrem vel uxor penes maritum etiam extra parochiam in alio cœmeterio velit sepeliri, per ea quæ tradit Carpzov. Ipd Confib. Lib. 2. def. 393. Hoc tamen non aliter procedit, quam si de Jure Canonico quarta portio Parochiali Ecclesiæ fuerit soluta; ita namque in cap. 8. X. de Sepult. statuitur: Præsentium auctoritate statuimus, ut si aliquem parochianorum vestrorum alibi contigerit eligere sepulturam, de testamento ipsius quarta uobis portio relinquatur. Quia quarta passim Portio Canonica parochialis, item quarta funeralium nuncupatur; vid. Petr. Schultz. in Disp. de eo quod iustum est circa Parochianos cap. 5. §. 7. Apud Protestantes illa portio determinata quidem non est in usu; attamen neque apud nos sepultura in alia Parochia a littera permittitur, quam si honoraria in illa Parochia, ubi quis habet domicilium, Ecclesiæ ejusque ministris fuerint exsoluta. conf. Titius in der Probe des Geistl. Rechts. Lib. 4. cap. 9. §. 17.

XIV. Et hæc de locis, in quibus Sepultura denegatur, dicitur sufficiant: Sequiturjam, ut paucis etiam de tempore circumspiciamus. Prohibetur autem sepultura regulariter tempore nimis festinari, scil. statim vel brevi saltē tempore post extremum vitæ halitum. Cum enim homines, teste experientia, haud raro apo-

K 3

plexia

plexia, ecstasi, suffocationibus aliisque subitaneis morbis abrupti mortui videantur, revera tamen non sint, sed post aliquod temporis spacium quasi reviviscant suasque recuperent vires, necessarium utique videatur, ut aliquantum temporis sepultura differatur, ne vivi misere sepiantur, exempli Zenois Imperatoris de quo post alias Besoldus *in vita & mort.* Considerat. Polit. Lib. 3. cap. 2. §. 2. Plura exempla vivorum pro mortuis elatorum collegit Paul. Zacchias *Quest. Med. Legal. Lib. 4. tit. 1.* Inde in Saxonia laudabiliter dispositum est, ne ante duodecim horarum spacium defuncti effrantur, vid. *Ordin. Eccles. art. gen. 15. in pr. ibi:* Da jemand von Gott durch Krankheit und thödlichen Abgang von diesem Zammerthal abgesfordert würde / soll derselbe nicht alsbald begraben / sondern zum wenigsten 12. Stunden daheim im Hause behalten werden / in Betrachtung / daß etliche durch geschwunde Krankheiten oder Ohnmacht etwa also schwach / maitlos und verrückt / daß sie vor todte Menschen angesehen / und doch gleichwohl über etliche Stunden wiederumb sich erholet / verständig und lebendig worden. Hic in Prussia viginti quatuor horas indulgentur, antequam sepultura institutur. vid. *Preussch. Kirchenordnung de anno 1568. rubr. von dem Begräbniß fol. 56.* Imò apud Romanos ob hunc metum cadaver ad nonum usque diem humano desitutum domi jacuisse testatur Rittershusius *ad LE. XII. Tabb. cl. 1. cap. 10.* Sed haec omnia tempore pestis aliter se habent: Cum enim summum subsit periculum, si mortuorum cadavera diu in ædi bus detineantur, ne vivi damnum exinde incurant, omnibus modis sepultura pestis extinctorum maturanda est. Et hoc ipsum quoque contagiosis his temporibus à Serenissimo nostro Rege expressè sancitum est in dem Pest Reglement §. 30. ibi: Die Leichen seind sofort in die Särge zu legen / und nicht / wie gewöhnlich / inforderheit zu der jetzigen Zeit / zum Beschauen denen Vorbeigehenden zu exponiren / folgig auch nicht vor das Altar zu setzen / viel weniger zu eröffnen / sondern selbige alsbald tieff in die Erde zu verschärfen / und die Gräber mit Kalk zu beschütten. Verunfa-

men

men & hic cautione opus est, ne forte vivi & lue pestilentiali nondum exanimati incuria vel malitia Vespillonum terra mandentur. Sapissime enim quosdam illo tempore violentia morbi abripi nec tamen adhuc exanimes esse norunt Medici, & multa desuper exempla prostant: In primis notatu dignum est, quod de foemina quadam Coloniensi tempore pestis pro mortua habita & jam sepulta, mirabili tamea casu rursus reviviscente narratur, cuius historia in tabula depicta una cum ejus sepulchro Colonia Agrippinæ adhuc hodie monstratur. add: Dn. Willenberg. in Disp. de Jure Vespilonum cap. 3. §. 3. Inde non sine ratione aliquod tempus usque ad sepulturam indulgetur in der Pest. Ordnung eines Ehrenbahren Raths der Stadt Rostock de anno 1624. circa finem, ibi: Es sollen auch die Todten über Tag und Nacht unbegraben nicht stehen bleiben / damit die noch Gesunden nicht inficiet werden mögen; Aber gleichwohl vor Ablaufung voller 15. Stunden nicht begraben werden.

XV. Hic illa quoque sese offert Questio: An certis diebus vel horis sepultura denegari possit? Apud Romanos feriis publicis hominem mortuum sepelire non licuisse refert Columella Lib. 2. de re Rustica, ex hac forte ratione, ne sacra publica & solennia funestarentur religione privata. nostris autem moribus omnibus fere diebus sepelire licet. Non solent tamen sepultura festis solennioribus instituti, neque forte permittuuntur prima feria Nativitatis Christi, Paschatos & Pentecostes: Rarò quoque diebus Saturni funera duci cernimus. Quoad diem Solis seu Dominicam salutariter ab Augustissimo nostro Rege constitutum esse novimus, ne si forte eo die exequiae ducantur, per easdem cultus DEI consuetus ullo modo vel impediatur, vel retardetur. Quod horas concernit, antiquitus nulla funera horis diurnis, sed omnia nocti elata esse legimus, in primis apud Romanos; ita namque Servius ad Lib. XI. Aeneid. ad verba rapuere faces scribit: Sed apud Romanos moris fuit, ut noctibus efferrentur ad funeralia. Unde etiam funus dictum est, quia in

in religiosa civitate cavebant, ne aut magistratibus occurrerent, aut sacerdotibus, quorum oculos nolbant alieno funere violari. Postmodum tamen hæc nocturna clatio ad Vulgaria & Acerba funera restricta est; Indictiva vero Die elata esse constat; donec tandem omnes ferè sepulturæ diurno tempore primis tamen diei horis celebrarentur. vid. Kirchmann. de funer. Roman. Lib. 2. cap. 2. Evidem Julianus Imperator priscam illam nocturnam sepulturam reducere voluit, ceu ex L. f. Cod. Theodos. de Sepulchr. viol. patet, ubi hunc in modum disponit: Efferri cognovimus cadavera mortuorum per confertam populi frequentiam. Qui enim dies bene auspiciatus à funere, aut quomodo ad Deos & templa venietur? Ideoque quoniam & dolor in exequiis secreta amat, & dum functæ nihil interest, utrum per noctes aut dies deferantur, liberari convenit populi totius aspectus, ut dolor esse in funeralibus, non pompa exequiarum nec ostentatio videatur. Verum hæc constitutio vix observata fuisse videtur. Hodie raro matutinis horis sepultura instituitur, nisi inter Pontificios; rarius adhuc sera nocte: Vespertino tempore quibuslibet ferè ex consuetudine sepultura permittitur. Usitissimum esse novimus, ut defuncti horis meridianis & pomeridianis terra mandentur, modo & iisdem summi Numinis cultus non impediatur.

XVI. Sequitur ut de illis quoque breviter agamus, qui bus sepultura ob certas circumstantias denegatur. Inter hos verò illico occurunt ii, in quibus ocularis inspectio est necessaria, ubi sepultura tam diu differenda, donec illa debite facta fuerit. Huc referuntur I. qui vel in rixa, vel tumultu, vel alia ratione sunt occisi; quô casu si dubium forte de lethaliitate vulneris oriatur, Medici & Chirurgi consulendi, qui inspecto cadavere & facta sectione ex qualitate, quantitate, latitudine, longitudine, profunditate aliquaque facile dijudicare poterunt, quibus armis qua in corporis parte, lethaliter an non lethaliter vulnus inflictum fuit vid. B. Dd. Ranger de oculari inspectione cap. 3. n. 78. Et hoc quo-

quoque expressis verbis præcipitur in *Const. Crim. Car. art. 149.*
 ibi: Und damit in obgemeldten Fällen / gebührlche Erne-
 sung und Erkäntnuß solcher unterschiedlicher Verwundung
 halb / nach der Begräbnuß des *Ensleibten* / desio minder
 Mangel sey / soll der Richter sammt zweyen Schöppen / dem
 Gericht Schreiber / und einem oder mehr Wund-Archten (so
 man die gehabten und solches geschehen kan) die dann zuvor da-
 zu beeydiget werden sollen/ denselbigen toden Körper / vor der
 Begräbnuß mit Fleiß besichtigen / und alle seine empfangene
 Wunden / Schläg und Wulff / wie der jedes funden / und
 ermessen würde / mit Fleiß mercken und verzeichnen lassen. In-
 nonnullis etiam locis Clericis injunctum esse, ne patientur cadas-
 vera violenta morte defunctorum sepeliri, nisi prævia inspectione
 justitie, & mandato de sepeliendo tradit. Dn. Hertius Jctus &
 Antecessor Gistenus celeberrimus in *Dissert. de inspectione oculari*
§. 17. ubi simul ex Carolo de Mean. ad *Jus Leodiens. obs. 604.*
 refert Clericum quendam eapropter paena decem aureorum mul-
 tatum & in expensas condemnatum fuisse. Eadem inspectio jun-
 eta sectione Cadaveris summe necessaria est si aliquis dicatur ve-
 neno interemptus, ut videri queat, an venenum sit ingenitum,
 an propinatum vid. Excellentiss. Dn. Grube Judicii Aulici Con-
 siliarius fulgidissimus de *Process. fori Pruten. cap. 23. S. 3. n. 14.* Imo
 si ejusmodi cadaver absque debita inspectione fuerit sepultum,
 illud rursus effodiendum esse, quo à Chirurgis inspici queat af-
 serit & prejudicio confirmat Carpzov. *Pr. Crim. p. 1. qu. 26. n. 23.*
 ibi: Und im fall solche Besichtigung nicht rechtmäßiger Weiß fürge-
 gangen / wird der tote Körper wiederumb aufgegraben / und
 in Beyseyn der Gerichts-Personen die Besichtigung vor die
 Hand genommen. His addi possunt II. qui in via publica vel
 alio in loco, item in aquis mortui reperiuntur; Etsi enim supra
 diximus, illos honesta sepultura non esse privandos, in tantum
 tamen sepultura iis recte denegatur, usque dum Magistratu id
 indicatum, ejusque autoritate cadaver sublatum ac inspectum

L

fuerit:

fuerit: partim enim jurisdictionis pars est cadavera tollere, partim inspectio necessaria, ut si corpus occisum deprehendatur, debita inquisitio à Magistratu suscipi possit: In primis vero haec non videntur negligenda, si inventus fuerit *ignotus & peregrinus*, cui recte sepulchra denegatur, donec vel cognoscatur, vel à propinquis postuletur. Inde svadent Doctores Judici, ut ejusmodi cadaver in loco publico exhibeat, quod à prætereuntibus inspici possit; vel si nemo illud cognoscat, & sepultura differri nequeat, per Notarium scripto consignare curet statem, sexum formam, barbam, aliasve cadaveris notas, vestes item, quibus mortuus fuit amictus, quidque apud eum repertum, locum quoque in quo inventus fuit, & quæ vestigia in eo apparent; quæ circumstantia omnes fideliter fastis publicis sunt inscribende, ut cognati forè advenientes aut alii hac de re disquisitionem faciendi intelligant illius mortem. vid. Feltmann. de *cadaveris inspicio*. cap. 3. add. Petr. Müller in *not. ad Synt. Jur. Civ. Struvii Exerc.* 15. th. 81. lit. (a). III. Denegatur quoque sepultura mulieri, si gravida mortua fuerit, antequam dispiciatur an partus in utero sit vitalis necne? planè excidendum esse partum precipitur in L. 2. ff. de *mort. infer.* ubi I^{CTUS} Marcellus: Negat, inquit, lex Regia mulierem, que *pregnans* mortua sit, humari, antequam partus ei excidatur; ratio quoque additur: qui contra fecerit, spem animantis cum gravida peremisse viderit, quam Legem à Numa Pompilio latam esse Gothofredus suspicatur, & ex antiquis Legibus à Romanorum Regibus publicatis sola in Corpore Juris Civilis reperitur. Neque frustra hoc ita dispositum esse videatur: testantur enim exempla, infantes post obitum matris saepè in sepulchris natos esse. Memorabile est, quod Valerius M. Lib. 1. cap. ult. refert; scil. Gorgiam quendam Epirotam in funere matris sua utero elapsum, & inopinato vagitu suo lectum serentes confidere coegerisse; de quo postea commune proverbium fuit, *Gorgiam ante elatum quam natum fuisse*. Non solum autem mulieri gravida sepultura ante inspectionem denegatur, sed

& IV.

& IV. ei, quæ peperisse presumitur, si contingat ut moriatur, præcipue si de infanticidio fuerit suspecta; Si enim viva potuit obduci, ceu in *Conf. Crim. Carol. art. 35.* ibi: Soll die durch verständige Frauen an heimlichen Stätten / als zu weiterer Erfahrung dienlich ist / besichtigt werden / & Jure nostro Prutenico *Lib. 6. tit. 2. art. 4. §. 3.* exprestè disponitur; quare non etiam mortua inspici poterit, ut constet, an honestè sit sepelienda? & utrum, si prægnans fuerit reperta, in Patrem infantis sit inquirendum? ubi & alia fortè circumstantia concurrere possunt. V. Etiam *infantes mortui* nonnunquam sepultura affici prohibentur priusquam ocularis inspectio adhibita fuerit, ut nimium patet, an nimium tempestivè abacti, an in ipso partu enecati, vel alias oppressi sint, in primis si præsumptio contra matrem adsit, quod pro qualitate rei ejusmodi infanticida debita poena macstari possint: idem observandum in *infantibus expositis*, si mortui fuerint reperti. add. *Eschenbach de hominis mortui sepult. prohibita cap. 4. §. 5.* Denique VI. tempore pestis quoque haud raro sepultura defunctis denegari solet ante inspectionem, quod patescat utrum quis naturali morbo an vero contagioso mortuus sit, quod ex bubonibus vel aliis signis pestiferis facilè dignosci potest, quæ si reperiantur, commercium ac conversatio cum ejusmodi *rebus infectis* interdicitur, ne alii damnum *lexinde* sentiant, quemadmodum experientia proh dolor! his contagiosis temporibus docuit.

XVII. Sed & illa Quæstio hic pratermittenda non est: *An sepultura ob debitum possit donegari vel impediri, & cadaver defuncti arresto detineri, donec debitum fuerit solutum?* Apud Egyptios hanc consuetudinem viguisse, ut defunctorum cadera non solum detinerentur, sed etiam pigaoris loco creditoribus deponerentur testatur Herodotus *Lib. 2. Histor.* & Diodor. Sicul. *Lib. 2. cap. 5.* In Belgio adhuc hodie dari loca, in quibus Creditoribus debitorum cadavera arrestari permittitur, asserit Zoef. in *Comment. ad tit. ff. de Sepulchr. viol. n. 5.* aliquæ plures, quemadmodum

modum experientia quoque docet. Quid in Germania olim factum, tradit Richteris ad antheat. item qui C. de Sepulch. violat. Verum rectecontrarium in Jure Civili Romano sanctum, ac defuncti cadaveris detentio vel arrestatio expressè prohibita reperitur. Jam enim Jure Digestorum interdictum erat, ne corpora aut ossa mortuorum detinerentur aut vexarentur, quemadmodum ex L. 38. ff. de Religios. & sumt. funer. & L. 3. §. 4. ff. de Sepulch. violat. patescit. Postmodum cum haec Leges in desuetudinem abiisse viderentur, severior Constitutio Iustini Imperatoris emanavit, quæ extat in L. 6. C. de sepulch. violat. qua in ejusmodi facinore deprehensus pena quinquaginta aureorum afficitur, & qui in are non habet, corpore delictum luere tenetur. Tandem cum nec haec pena sufficeret, gravissime ab Imperatore Justiniano constitutum est, ut qui funeri debitoris sui se opponere, & exequias ejus impedire ausus fuerit, non solum debito caderet, & jus crediti amitteret, sed terria quoque bonorum parte privaretur, infamia notareetur, & heredibus defuncti injuria inde affectis alterum tantum præstare cogeretur. audi. item qui C. de sepulchr. viol. Novell. 60. cap. 1. & Nov. 115. cap. 5. Neque immerito & sine ratione hoc ita dispositum videtur: Præterquam enim quod qui hominis naturam non erubuit, dignus sit & pecuniis & gloria & aliis omnibus condemnari, ceu egregiè loquitur Imperator in d. Nov. 60. cap. 1. in pr. interest quoque Reipubl. ne cadavera demortuorum diu maneant insepulta, & ex illorum putrefactione noxius factor prægeneretur: add. quæ supra Disput prior. cap. 2. §. 22. differuimus; conf. Carpzov. p. 1. C. 30. def. 22. Hahn ad Wesenbec. tit. de Religios. & sumpt. fun. n. 5. ac in primis Henr. Bodin. de violatione Juris Sepulturae aph. 8. & sequ. ubi hac de materia ex professo agit. Hancque dictam Juris Civilis penam adhuc hodie obtinere testantur passim Doctores. conf. præ alii Richter dec. 77. n. 57. Gail. de Arrest. c. ii. n. 29. Et ita quoque responderunt Icti Heidelbergenses Anno 1682. d. 12. Mart. Cum enim in Academia quadam contingere mori Studiosorum quendam in di-

ver.

versorio, ejusque cadaver hospes illius diversoriis ob d. bitum per magistratum loci arrestari curasset, idque in rebus suis detinuisse, donec sibi de debito per heredes defuncti sidejusloia causa præstaretur, consulta Facultas Juridica inter alias Questiones etiam ad hanc: Ob nicht besagter Gasthalter wegen Durückhaltung des defuncti, in penas Auth. item qui domum C. de sepul. viol. zu verdammen sey? affirmativè respondit, ubi inter alia hæc quoque reperiuntur verba: Wie dann auch 9. die Doctores Præmatici in Decisionibus & Tractatibus suis practicis, dieses als ein übliches und gültiges Recht / daß solche Verbrecher ad penas d. Auth. comprehensas gehalten seyn häufig ansführen: (vid. Autores magno cumulo alleg.) Und io. ohne dem was so klar und offt in Rechten versehen und wiederholet / an sich auch selbst so höchst straffahr / im überzeugen der Natur und Billigkeit so gemäß / und fast ein allgemeines Völkerrecht ist / so lang für gültig und üblich gehalten werden muß / bis daß solches vel alia lege, vel contraria consuetudine abrogaret sey / klar und rechtsgängig erwiesen worden. Und hindert nichts / wann schon diese Straffe nicht allezeit angesetzt oder gegeben worden / quia Lex non usū non tollitur &c. Integrum Responsum exhibet Bodinus in alleg. Disp. in fin. Eandem penam Icti communiter extendunt, Licet (1) inter contrahentes fuerit convenitum, ut cadaver post obitum ad consequendum debitum possit detineri, nam hæc conventione non solum turpis, sed etiam contra Leges est: Licet (2) contra mortuum jam latra sit sententia, vel (3) defunctus ex instrumento garentigato debeat, vel (4) tale instrumentum producatur, in quo feso ad incarcerationem obligavit mortuus. Licet (5) conservudo statutumve in contrarium pretendatur. vid. Carpzov. & Hahn ad Wesenber. loc. alleg. Excipiuntur tamen duo casus, quibus cadaverum sequestratio permitta esse videtur, primò in usurario manifesto, cuius sepultura impediti potest, donec vel de usuris prohibitis plenariè fuerit satisfactum, vel heredes de-

iisdem restituendis cautionem idoneam præstiterint, conf. Brun-nemann, in Comment. ad L. 38. ff. de Religioſ. n. 4. Menoch-de Arb. Jud. Ques. cas. 387. n. 20. quem quidem refellit Illuſtr. Lyncker in Analect. ad Striv. tit. de Sepulchr. viol. sed prior ſententia nihil iniqui in ſe continere videtur, cum & honestam ſepulturam improbis uſurariis denegari poſſe ſupra oſtendit. Secunda Exceptio eſt, ſi cadaver in alieno loco pro certo locario promiſo interim uſque ad ſolennem ſepulturam depoſitum fit: tunc enim & iſi, penes quem depoſitum erat, illud detinere ac inhibere potheſt, ne ad pompoſam ſepulturam auferatur, antequam locarium ſolutum fit. vid. Schwendendorff in Disp. de inhibitione in vim arreſti cap. 3. §. 20. His duabus exceptio-nibus etiam illam adhuc addi poſſe exiſtimamus, ſi ſcil. Eccleſia ejusve miniftriſ vel ſcholæ debitum ac conſuetum pro ſepul-tura honorarium non fuerit exſolatum; quod tamē de iis in-telligendum, qui tantum in bonis poſſident, & ex pura malitia animo Eccleſiam defraudandi ſepulturam gratis anhelant; his ergo tanquam improbis Eccleſiasticarum Conſtitutionum trans-greſſoribus tantisper ſepultra non immerito deneganda vide-tur, donec Eccleſia fuerit ſatisfactum; Et ita quoque, niſi fal-lor, praxis Eccleſiarum noſtrarum abunde teſtatur. Cum pau-peribus vero, vel ex Christiana pietate aliter proceden-dum.

XIX. Tandem recte quoque ſepultra denegatur, ſi quis cum nimio ornatu vel more minus conſuetu ſepeliri velit. Huc reſerri potheſt caſus in L. 40. §. 2. ff. de Aur. & argente. leg. ubi mulier quædam decedens in teſtamento ſuo ita caverat: Funerari me arbitrio viri mei volo, & inſerri mibi, quaquinque ſe-pultra mea cauſa feram ex ornamenti, linea duas ex margari-ziis, & viriolis ex ſmaragdi: quærebatur ergo, utrum talis ſe-pultra concedenda? & recte negata fuit, cum non oportear, ornamenti cum corporibus condi, nec quid aliud hujusmodi, quod homines ſimpliciores facere ſolent, L. 14. §. 5. ff. de Reli-gioſ.

gioſ. & ſumpt. fun. qui singulari ad id ſuperſtitione ducuntur. Accedit quod talis ſumptuofitas nimia vivis noceat, mortuis vero non proſit, qui nullare amplius indigent. vid. Hopp. de Joco cap. 4. §. 16. Inde etiam apud nos nimium illum luxum paſſim prohibeti cernimus, præcipue vilioris conditionis hominibus; nam perſonis illuſtribus & honoratiorebus hac in parte ex more recepto aliquid indulgendum eſſe bene monet Carpzov. Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. defi. 392. n. 15. Pertinet huc quoque ridiculum illud teſtamențum Ludovici Cortuſii JCti Paravini, cuius me- minit Camerarius hor. ſuicis. conſ. i. t. 12. Scilicet interdixit hic in teſtamențo propinquis ſuis lachrymas, & ſolitas funerum lamentationes, & quæcumque lugubria ad mœſtitiam ſolent patari, abeſſe prorsus voluit; addita etiam ex legato gravi mul- Etatione heredi, ſi id facere neglexiſſet. Contra vero pro his acciri juiſſit Musicos, Citharoedos & Tibicines omnis generis, qui vario conuento unâ cum Clero funeris poinpam partim pre- irant, partim ſequerentur uſque ad quinquaginta, quibus ſingulis mercedem dimidi aurei dandam statuit; Et quod XII. pu- ella innupta, amicta viridibus pannis feretro ſubirent, uſque ad templum, ubi ſe ſepeliendum mandaverat, quæ omnes pariter de more latantium, quæcumque tandem vellent modulantes alta voce concinerent, relictæ ſingulis certa pecunia quantitate do- tis cauſa. Id etiam cavit, ne Eremitani funeri ſuo ullo paeto intereſſent, ne ſua fortassis illa nimia cucullorum nigredine hi- laritatem exequiarum aliquo modo funeſtarent. Mentionem hujuſ teſtamențo quoque injicit Paulus de Castro in L. 27. ff. de- condit. infit. ſed tanquam hominis non ſanæ mentis in dubiu- um vocat. Quicquid tamen fit, ejusmodi ſepultura recte de- negatur, cum partim contra Leges partim contra bonos mores fit in funeris deduētione nugas traſtare. An autem denegari poſſit, ſi quis diſpoſuerit, ut ſepeliretur cantando? TE DEUM LAUDAMUS, quod putat Afinius in L. 14. §. 6. ff. de Religioſ. & ſumpt. maximè dubitamus, cum ille hymnus nec à morte nec a ſepul-

sepultura videatur esse alienus. Cæterum & tunc sepulturam denegari novimus, si quis in publicis cœmeterii vel templi sepulchris loculo ex ligno inconsveto & inusitato duriori fortè vel firmiori confecto uti velit, cuius rei hæc videtur esse ratio, ne, quoniam sepulchra regulariter juxta ordinem loci conficiuntur, talis loculus putrefactioui non tam facile obnoxius, reliquis putrefactis, aliis sit impedimento; cavendum igitur, ne hac re ab aliis in consequentiam tracta, tandem loca sepulturæ deficiant; inde pœna quoque pecuniaria quandoque transgressoribus dictari solet. In sepulchris tamen propriis vel hereditariis aliud obtinet. Verum hisce ulterius jam non immorabitur; reliqua enim omnia, quæ fortè adhuc dici qoterant, ex jam dictis facile decidi possunt. Tibi, interim, Summe DEUS, Arbitrator Optime Maxime, pro clementissimo Tuō in hoc labore auxilio, sit Laus & Gloria in secula sempiterna.

F I N I S.



AB:154566

ULB Halle
003 120 163


3



5b.

Vd 17





DISSE⁴⁰TATI^bO JURIDICA
POSTERIOR,
DE
**SEPULTURAÆ
DENEGATIONE,**
versagung des Begräbnusses/
Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE ac DOMINO,
DOMINO FRIDERICO
WILHELMO,
REGNI PRUSSIÆ ELECTORATUS ET PROVIN-
CIARUM BRANDENBURGICARUM HEREDE, &c. &c. &c.
IN ILLUSTRI ALBERTINA,
CONSENSU AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ
PRO LOCO
PROFESSIONIS JURIS EXTRAORDINARIÆ
solemni ventilationi subicit
REINHOLDUS FRIDERICUS
SAHME,
J. U. D. & Profess. Publ.
RESPONDENTE
SIGISM. THEOD. BERENT,
Regiom. Boruss.
D.VIII. Maij A. c¹³ I⁹ cc X. ab horâ VIII. ad XI. ante & I. ad IV. post merid.
REGIO MONSTRUM Litteris REUSNERIANIS.